Tunc dicendũ eſt ad qõnem primo ꝙ idiuiſibile p ſe ſubſiſtẽs .i. alteri nõ ꝯiũctũ vel vnitũ non poteſt eſſe qͣle aliqua qualitate ſenſibili. Et hoc probant aliqui ſic. qꝛ qḋ eſt immobile non poteſt eſſe qͣle aliqua qͣlitate ſenſibili ſed indiuiſibile per ſe ſtans eſt imobile. qͥre ꝛc. maior pꝫ. qꝛ ſm qͣlitates ſenſibiles ꝓprie fiunt motus .ſ. alterationis. vt ſm calidũ frigidum ſiccum ꝛ humidũ ꝛ hmõi. ſicut pꝫ in 2° de generatione: ꝛ .2. de aia. ꝛ .7. h⁹ minor patet ex .6. huius, vbi demonſtratum eſt plane: ꝙ omne qḋ moueẜ eſt corpus. Cõſtat autem ꝙ indiuiſibile non eſt corpus. quia corpus eſt omniqͣqꝫ diuiſibile. vt dicit̃ primo de celo ꝛ mundo. qͥre ꝛc. Aliter ꝓbat Ariſto. in fine libri de ſenſu ꝛ ſenſato ꝙ nullũ indiuiſibile eſt ſenſibile. nec p ꝯñs qͣle qͣlitate ſenſibili: qꝛ ſi aliqḋ oĩo idiuiſibile eſſet ſenſibile: contingeret ꝙ poſſet ſil videri ꝛ nõ videri ab eodẽ viſu: ſcilicet ſi poneret̃ ſenſibile ſecũdũ viſum: eodẽ mõ poterit deduci de aliis. ſed ꝯñs eſt ipoſſibile quia ꝯtradictio nõ poteſt eſſe ſimul de eodẽ. ꝓbaẜ cõſequentia ſupponẽdo ꝙ ſit aliqua determinata diſtãtia in qͣ tota põt videri qḋlibꝫ viſibile: ꝛ nõ vltra eã: ꝛ ẽt eſt aliqua diſtãtia a viſu in qua tota nõ poſſet videri viſibile qḋcũqꝫ circa eã verſus viſum poſt vltimũ terminũ illiꝰ diſtãtie poteſt videri viſu priꝰ ea: ꝛ iſte due diſtantie copulate ſunt in termio cõi: ita ꝙ vltra illũ terminũ viſibile nõ videbiẜ: ꝛ citra illũ terminũ videbiẜ. ſi igiẜ ẽ aliqḋ oĩo idiuiſibile ꝙ ſit viſibile: ponaẜ illḋ ĩ vltio diſtãtie in qua põt videri. ꝛ illi⁹ in qͣ nõ põt videri tunc iſtud viſibile rõne qua eſt in vltimo diſtãtie in qua poterit videri videbiẜ: ꝛ rõne qua erit in vltimo diſtãtie in qua tota non poterit videri nõ videbiẜ. Ad aliter deducunt aliqui: ꝙ rõne qua erit in vltimo diſtãtie in qua ponebaẜ poſſe videri: ꝛ nõ erat in aliqua eius pte: tũc ſꝫ hoc nõ videbiẜ ꝛ rõne qua eſt vltra iſtã diſtantiã in qua tota ponebaẜ non poſſe videri videbiẜ: quia ſcilicet non erit in aliqua pte illi⁹ diſtãtie in qͣ ponebaẜ non poſſe videri. Prima tñ deductio eſt ad ĩtẽtionẽ. Ariſt. niſi ꝙ ipſe illud vltimũ diſtantie in qua nõ põt videri vocat primũ diſtantie in qua poteſt videri. ꝛ hoc eſt verũ accedendo ab illa diſtantia in qua nõ poterat videri ad ipſum viſũ: ſed ꝓcedendo a viſu ad diſtantiam in qua nõ põt videri ſic poteſt dici vltimũ diſtantie in qua poteſt videri: ꝛ ſic indubitanter ſil videbiẜ ꝛ nõ videbiẜ: qḋ eſt impoſſibile. qͥre ꝛc. ℂ 2° dico ꝙ indiuiſibile ſubſiſtens nõ põt eẽ qͣle qͣlitate de qͣrta ſpecie. qꝛ oĩs qͣlitas de 4a ſpecie fundaẜ in qͣtitate: vt dicit cõmentator in .7. huius. nũc aũt idiuiſibile nõ eſt quantũ. qͥre ꝛc. ℂ 3° dico ꝙ indiuiſibile per ſe ſubſiſtens .i. alteri nõ inherens hꝫ eẽ qͣle qͣlitate de prima

T.c.79. T.c.79. T.c.73. T.c.55. T.c.40. T.c.48. T.c.48. T.c.24. T.c.58. T.c.14. T.cõ.3. T.cõ.2. Com.15.

specie q̄litatis: qꝛ illud quod est habituatū habitu intellectuali est sic quale: ꝛ hoc pꝫ in predicamentis. Sed idiuisibile sm̄ magnitudinē. s. intellectus hūanus est habituatus habitu intellectuali. s. sapientia ꝛ scīa intellectu prudētia ꝛ arte: vt pꝫ .6. ethicoꝝ. ¶ 4° ad pn̄s dico ꝙ indiuisibile nō inherens. s. itellectus humanus pōt esse q̄lis sm̄ scd̄am speciē q̄litatis que est nālis potētia receptiua. Si enim intellectus possibilis non haberet potentia receptiuam: spērum intelligibiliū nō posset eas recipere: qđ est incōueniens: ergo opꝫ ꝯcedere ipꝫ hr̄e potētiā receptiuā spēt intelligibilis: quēadmodū mā prima habet potentiaꝫ receptiuaꝫ forme substātialis. ꝛ hmōi potētia nō pōt esse idem essentialiter oīo cum substātia intellectus possibilis: quēadmodum potentia materie non est idem essentialiter omnino cum substantia māe vt videbitur in ꝯsequentibus. Utrꝫ aūt idiuisibile per se subsistens aliud ab intellectu humano sit quale sm̄ primā speciem qualitatis. s. intelligentia mouēs celum de hoc nō determino ad presens. tn̄ Cōmentator in .12. metaph. dicit ꝙ quedam sunt subē sine omni accidente: ꝛ per cōsequens sine qualitate. ꝛ ille non videnť esse alie nisi intelligentie mouentes corpora celestia. Sed de idiuisibili inherente alteri. s. de puncto ꝛ de vnitate. Utrū tale sit aliquo mō q̄le fortasse nō est magnū incōueniēs ꝙ hmōi idiuisibile eēt q̄le sꝫ accn̄s: qꝛ qc̄q̄d iformat supficiē iformat terminū eius saltē p accn̄s. Cum igiť albedo iformet superficiem ꝛ det ei esse quale. s. albuꝫ: quare non informabit ex cōsequenti lineā ꝛ vlterius ipsum punctuꝫ. Nec istud est ꝯtra intentionē Aristo. hic. Sufficit enīꝫ ei dicere parmenidem ꝛ melli. s. ad istud incōueniens ꝙ si totum ens esset vnū indiuisibile: nullum ens per se subsistens esset quale q̄litate sensibili: cuiꝰ oppositū pꝫ ad sensum. Si tamen videreꝫ aliaꝫ demonstrationē ꝓbātē ꝙ nullo modo punctus sit qualis nec per se nec p accidēs nec mediate nec immediate non recusarem credere veritatem.

Ad primā rōnem dicēdum ꝙ idiuisibile sibi determinat nō eē quale modo ꝓdicto: nec oportet ꝙ ponať in eiꝰ diffinitiōe: quia nō est sua eēntia nec ps sue eēntie: eī nō quale bn̄ posset poni i descriptione ipsius indiuisibilis: vt diceret sit indiuisibile est non q̄le illud quod nō hꝫ aliquā magnitudinē nec qualitatem sensibilem. ¶ Ad aliud patet ex dictis. ¶ Ad 3m̄ sir cōcessum est ꝙ intellectꝰ hūanus est qualis sm̄ primā speciem qualitatis que est habitus intellectualis. Et hoc dictū sit sm̄ cōem doctrinā. q̄liter aūt itellectꝰ hūanus idigeat habitu ꝓpe dicto hōs ꝑscrutatio est. Q. ō XIII.

Circa opinionē parmenidis ꝛ mellissi solet hquери. Utrū ista ꝓpositio sit vera. tantū vnū est. ¶ Arguiť pº ꝙ nō: qꝛ si tantū vnum est. aut illud vnū est subā aut accidēs. ꝛ hoc pꝫ p sufficiētē diuisionē: sed nō pōt esse tm̄ vnū qđ sit substantia: quia accidens tūc non esset ens. nec tm̄ vnū qđ sit accn̄s: qꝛ tūc subā nō esset ens: q̄re ꝛc̄. ¶ Iteꝫ 2ª illa ꝓpositio exclusiua est falsa cuius ꝓdicatū ꝯpetit alteri q̄ subto: vt ista est falsa: tm̄ homo est sensibilis: qꝛ sensibile cōpetit alteri q̄ homini: sed sic est hic. Nam esse nō solū cōpetit vni: sed etiam multis: multa. n. sunt. quare ꝛc̄. ¶ Itē 3º si tm̄ est vnū aut est vnum cōmunitate aut diffinitione aut indiuisibilitate: hanc recipit Aristo. in littera. non vnū cōmunitate: qꝛ sunt multa que non hn̄t ꝯmunitatē: vt vnitas ꝛ punctus ꝛ subē sepate: nec ē dōꝫ ꝙ tantū sit vnū ens diffinitione: quia tūc oīa essent eēntialiter vnū. Illa enim sunt essentialiter vnuꝫ: que habēt easdem diffinitiones: nec est tm̄ vnū indiuisibilitate: quia tunc nullum ens esset quale qualitate sensibili vt patet ex dictis qđ est ipossibile: quare ꝛc̄.

Oppositū arguiť. tantum ens est: ergo tantum vnum est. Antecedens est maīfestuꝫ: qꝛ cōstat ꝙ ens est ꝛ nihil est ꝙ nō sit ens: ergo tm̄ ens ē: cōsequētia patet. qꝛ ens ꝛ vnum cōuertuntur: ꝛ sunt idē eēntialr: vt patet 4º metaphysi. ita ꝙ omne ꝙ ē ens est vnū: ꝛ omne qđ est vnum est ens: ergo si tantū ens est: tm̄ vnum est: ꝛ est simile argumentum: sicut si diceret. tm̄ hō currit: ergo tm̄ rōnale currit. ¶ Item vnum est ꝛ nihil ē qđ nō sit vnum ergo tātum vnum est premisse sunt maīfeste. Prio quidē ꝙ vnum est hoc est notū: qꝛ ens ꝛ vnum sunt idem: ꝛ ipsum ens est: ergo vnum est. ¶ Itē scd̄a ꝓpositio est vera. s. ꝙ nihil est: qđ nō sit vnum: quia oē ens est vnuꝫ: hoc pꝫ. qꝛ inducendo in quolibet ente: est vera. ergo nihil est qđ nō sit vnum: ꝛ sic patet ꝙ premisse sūt vere. ꝛ cōsequētia declaratur per simile: sequiť enim. hō currit ꝛ nihil currit qđ non sit homo: ergo tantū: hō currit. per interpretationeꝫ huius dictionis tātuꝫ: ergo similiter sequiť. vnū est ꝛ nihil est qđ non sit vnum. ergo tātū vnum est. ¶ Item illa propositio exclusiua est vera cuiꝰ ꝓdicatū competit subiecto ꝛ nulli alteri a subiecto: hec ē manifesta quia ista requirunť ꝛ sufficiunt ad veritatem ꝓpositionis affirmatiue exclusiue: vt pꝫ in fine hathegorematibꝰ: sed sic est in ꝓposito. constat autē ꝙ esse competit vni ꝛ non alteri alicui ab vno: ꝓbatio: qꝛ si esse diceretur de aliquo alio ab vno: illud aliud aut esset ens: aut nō ens. si nō ens. ergo nō ens eēt: qđ est ipossibile. si ens: ergo vnum: qꝛ ens ꝛ vnū cōuertunť. ꝛ sic ens erit aliđ ab vno: qđ est impossibile. ğ esse nō cōuenit alicui alteri ab vno: quare sequitur ꝙ tantum vnum est.

Ad solutionem qōnis ꝯsiderādū est. pmo ꝙ rō vnius sumiť ab idiuisiōe: vt docet Ari. i. 5. metaphy. capitulo de vno. vbi sic ipse dicit. vlr enim quecūq3 nō habent diuisionem. vt sic vnum dicantur: indiuisio autem cum opponatur diuisioni multipliciter diciť sicut ꝛ ipā diuisio. nam quot modis diciť vnū oppositoꝝ ꝛ alterū: vt diciť pmo topico. Est aūt duplex diuisio quātum ad ꝓpositū spectat. vna est diuisio reꝝ sm̄ formas. Alia est diuisio reruꝫ sm̄ q̄titatem ꝛ hoc satis innuit cōmentator in pmo huiꝰ versus pncipiuꝫ. vbi dicit ꝙ multitudo vł ē reꝝ differētiū sꝫ formas: vel est reꝝ differentium sm̄ q̄titatem. idem autem est iudiciū quo ad hoc de multitudie ꝛ de diuisione. Nā multitudo vel est ipsamet diuisio vel cōcomitať p se diuisionē: vt hꝫ videri in .10. metaphy. Est ergo duplex idiuisio. s. sꝫ formā ꝛ sm̄ q̄titatē: ꝛ cū rō vniꝰ sumať ab idiuisiōe: vt dictū est: sequiť ꝙ est duplex vnū. Qđdā est vnū: cuiꝰ rō sumiť ab indiuisiōe sm̄ formā. Aliud est vnū cuius rō sumiť ab idiuisione sm̄ q̄titatē: ꝛ hoc forte ē illud quod diciť sub aliqs verbis ꝙ vnū vel dicit idiuisionem in nā vel forma entis vel dicit idiuisionē in nā q̄titatis.

Tunc dicenda sunt duo ad qōnē. Prio ꝙ si accipiať vnuꝫ sm̄ ꝙ dř ab idiuisiōe sꝫ formā: sic ꝓpō ē vā. tm̄ vnū ē. ꝛ loquor ō vno actu ꝛ ente actu. Scd̄o est dōm ꝙ si accipiať vnum put dř ab idiuisiōe sm̄ q̄titatē. sic non est vera simplr ꝛ vlr. Primū ꝓbať rōne ꝓus adducta. illa ꝓpositio exclusiua affirmatiua est vera cuius predicatū cōpetit subiecto ꝛ nulli alteri a subiecto. hec est nota cuilibet itelligēti. Sꝫ ista ē hmōi. qꝛ eē ꝯpetit vni ꝛ nulli alteri ab vno sm̄ formā: ꝛ loqr de eē actu. Si. n. esse actu ꝯueniret alicui qđ nō eēt vnū sm̄ formā tūc illđ eēt ens ꝛ nō ens: q̄re ꝛc̄. Scd̄ꝫ ōndiť sic: illud qđ nō hꝫ q̄titatē nō est vnū sm̄ q̄titateꝫ: hoc est euidēs. Sed aliquod ens est qđ nō habet q̄titatem: vt deus ꝛ aliꝫ motores celi. vt pꝫ in 8º huius: ergo

T.c.3.

T.c.11.

Com.6.

T.c.20.

T.c.

aliquid est qḋ nõ est vnū ſm q̄titatē: ꝛ ſic iſta ꝑpoſitio non est vera.tantū vnū est. ꝑut ipſuꝫ vnū dicitur ab indiuiſione ſm q̄titatē: ꝛ ſic debet intelligi in propoſito.

Ad primum argumentū cū dicebat: tantum vnū ꝛc. dico per interemptionē ſicut.n.nõ opꝫ q ſi tantū ens ē: q̄ vel illud tantū est ſubſtantia vel tantū est accidens: ſic nõ ſequit tantū animal est ſenſitiuū: ergo tantum rationale est ſenſitiuum. ſimiliter non oportet licet tantum vnū est q illud tantum vnum vel ſit tantū ſubſtātia vel tantū accidens. Et cū dicit q ſubſtantia ꝛ accidens ſufficienter diuidunt ens ꝛ vnuꝫ: ſine dubio verū est: ꝛ ideo quicq̄d abſolute cōpetit enti competit vel ſubſtantie vel accidenti de predicatis realibus. ſed nõ opꝫ q quicq̄d attribuit enti ꝛ vni cū excluſiõe attribuat ipſi ſubſtantie cum excluſiõe vel accidenti cum excluſione: ſicut nõ ē neceſſe: q omne qḋ tantū conuenit animali: cōueniat tantū homini vel conueniat tm̄ aſino: ꝛ ſic de aliq̄s: imo etiā q̄uis valeat conſequentia a ſuperiori diſtributo ad iferius diſtributū abſolute ꝛ ſine excluſione: tm̄ non teneret cum dictione excluſiua. vt bene ſequit: omne animal ē ſenſitiuū: ergo omnis homo ē ſenſitiu'. non tm̄ ſequit: tantū omne animal ē ſenſitiuū: g̃ tm̄ omnis homo est ſenſitiuus. ℂ Ad 2ᵐ cum dicit: illa ꝑpoſitio ꝛc. concedat: ꝛ cum dicitur. ſic est hic; falſum ē ꝛc. ꝛ cū dicit vlterius q eſſe cōpetit multis: dico q predicatum iſtius ꝑpoſitionis tm̄ vnū est. l. ipſum est nunq̄ verificat de multis. non enim verū ē dicere multa est incōgrua: modo verum ꝛ falſum preſupponūt congruū: vt patet ex periermenias. ℂ Sed dices ad minus iſta ē vera. multitudo est: ꝛ multitudo est aliud ab vno: ergo non tantū vnū est. ℂ Ad hoc dico q multitudo vel ē rerū differentiū ſm q̄titatē: vel ē reruꝫ differentium ſꝫ formaꝫ. Si ꝑmo mõ ſic ē numerus induiduoꝝ: ꝛ iſta ē quid vnum ꝛ non aliud ab vno qḋ cōuertitur cuꝫ ente. Si aūt est multitudo reꝝ differentiuꝫ ſm formas ſic est numerus eſſentiarū: ꝛ iſta ꝑprie nõ ē enſ ſꝫ entitas: q: iſta est idē realiter cum eſſentijs que non ſunt ens ſed entia. Et ſi dicat q ipſa multitudo ē ens: opꝫ dicere q ipa est quid vnum aliquo modo: q: ipſa ē quid indiuiſum aliq̄liter. Nõ enim est diuiſa in multitudinē ꝛ nõ multitudinem ꝛ ſic ē quid vnū: ꝛ non est penitus alia ab vno: q̄re ꝛc. ℂ Ad tertiū dicēdū q vnūquodq̄ ens actu est vnū in ſe ſꝫ formā: ꝛ ꝑ cōſequēs ſm diffinitionē. ſꝫ non ſeq̄tur ꝑpter hoc q vnūquodq̄ ſit vnū cum alio ſꝫ diffinitionē: ita q omnia entia ſint vnum ens ſolū ꝛ eadē ſibiinuicē vt imaginabant parmenides ꝛ meliſſus. ſicut licet ſoꝛ. ſit vnus numero ſm ſe: ſimiliter ꝛ plato ſit vnus numero ſeorſum: tm̄ nõ ſequit q ſoꝛ. ꝛ plato ſint vnus ꝛ idem ſibiinuicem numero. ſimiliter ꝛ in propoſito: quare non valet. Et ſic ſit dictū ad iſtam queſtionem.

ℂ Si igitur infinitum ſm q infinitum ignotum est ſecundum multitudinem ꝛ magnitudinem infinitum ignotum quantum est quoddam ꝛc.

Tex.cõm. XXXV. Queſtio. XIIII.

Ꝟ ꝛ q̄rit vtrū infinitū ſit ignotū. Arguit ꝑmo q nõ. q: qḋ hꝫ diffinitionem nõ est ignotū. cum diffinitio notificet diffinitū: vt pꝫ primo topico. ꝛ etiā in 2ᵒ poſteriorū. Sed ipm infinitū hꝫ diffinitionē cum ſit q̄tū ꝛ extenſuꝫ ſine termino. ℂ Item 2ᵒ illud de quo est ſcientia non est ignotuꝫ. ſꝫ est cuidens per ſe: ſed de infinito est ſciētia: vt patet in primo celi ꝛ mundi: ꝛ in tertio huius. q̄re ꝛc. ℂ Item 3ᵒ illud cuius oppoſitum est notum ipſum non est ignotum. Nam ad eandem ſcientiam pertinent oppoſita: vt pꝫ 9ᵒ meta. ſꝫ oppoſitū īfiniti est notum. ſ. ipſum finiti vt manifeſtum est cuilibet intelligēti. q̄re ꝛc. ℂ Itē 4ᵒ ſi in intellectu poſſibili poſſunt eſſe ſpecies intelligibiles infinite: īfinitū põt eſſe intellectū: ſꝫ ſic est q in intellectu poſſibili põt eē ſpēs intelligibiles īfinite: q̄re ꝛc. maioꝛ pꝫ: q: ſicut per ſpēm intelligibilem vnā poteſt intelligi vnum intelligibile: ſic infinita per īfinitas: ꝛ minoꝛ declarat: q: cõſtat q i intellectu poſſibili poſſunt eē ſpēs intelligibiles due vel tres: vt oēs cōcedūt: modo q̄ rõne põt ſimul eē due vel tres ſpecies intelligibiles in intellectu pari rõne īfinite: eo q infinite nõ magis repugnant ſibiinuicēꝫ q̄ due vel tres. ℂ Item 5ᵒ qui cognoſcit vniuerſale cognoſcit īfinita: cū ipſum vniuerſale ꝯprehendat ſingularia: ſed intellectus cognoſcit vniuerſale: vt animal ꝛ hominē: ſub quo īfinita ſingularia ꝯprehēdunt ſꝫ poꝛphiriū. ℂ Itē 6ᵒ mot' ꝛ tempus ſunt īfinita: vt pꝫ in 8ᵒ huius. ꝛ tamē iſta entia nõ ſunt igtā: imo ſunt ſcita ſufficiēter: vt pꝫ i iſto libro.

T.cõ.3.

T.c.83.

Oppoſitum dicit Ariſt. i iſto caᵒ vbi dicit q infinitū ſm q infinitū ē ignotū: ꝛ idem vult Ariſto. 2ᵒ metaphy. vbi dicit q non numerabit ſectiones qui per infinitū ꝑcedit: ꝛ impoſſibile est intelligere lineam niſi ſtatuentem.

T.cõ.ii.

Ad q̄ōnem est intelligēdū q infinitū ſm q infinitum eſſe ignotum põt intelligi duobus modis. Uno mõ põt intelligi q ipſuꝫ infinituꝫ quantū ad rationem formaleꝫ: qua dicitur infinitum. ſ. quantum ad ipſam infinitatem nullo mõ ſit cognitum. Alio modo poteſt intelligi q ipſum infinituꝫ est ignotū quantum ad numerū determinatū partiuꝫ: ita ſcꝫ q nõ cognoſcit eſſe aliquis numerus determinatus partium infiniti ſm q est infinitum: vt ſi est infinitum ſm q̄titatem non cognoſcitur vera cognitione eſſe aliquē numerum determinatū partium q̄titatiuarum ipſius. ꝛ ſi est infinitum ſm formam non cognoſcitur eſſe aliquis numerus determinatus ſuarum formarum.

Tunc dico duo ad q̄ōneꝫ. Pꝛio dico q infinitū nõ est ignotū primo modo. ſ. q ratio formalis ipſius infiniti nullo mõ ſit cognita. hoc enim ꝑbant ſufficiēter quedam rationum premiſſaruꝫ. Cū enim oppoſitū ipſius īfinitatis ſit cognitū ab intellectu. ſ. finitas ꝛ terminatio: non est impoſſibile intelligere ipſaꝫ ꝑuationē terminoꝛum: q̄ est īfinitas. Item cum ipſuꝫ infinitum ſꝫ extenſionem diffiniat aliqualiter. ſ. q est quantum extenſuꝫ ſine terminis ipoſſibile est ipm eē penitus ignotum ſaltēꝫ q̄tum ad q̄d nominis. ℂ Est tm̄ conſiderādū q ipſum infinitum ſm extēſionem cum ſit impoſſibile eē: vt demõſtratū ē in ꝑmo celi ꝛ mūdi: nõ intelligit intellectu affirmatiuo vᵒ: quo affirmet eē: nec ēt intelligit intelligētia ſimplici vera ſed ficta: cū ſibi non correſpōdeat aliq̄d ex parte rei. ꝛ loquoꝛ de infinitate ſm actū que est negatio terminoꝝ magnitudinis. Et idē intelligēdū est de infinito ſm multitudinē. Iſta enim nec ē nec eē põt in reꝝ nā. imo ois magnitudo ꝛ multitudo neceꝛio est terminata. ſꝫ bene intelligit intelligētia ſimplici ficta. vt hyrcocerv'. Intelligit ēt intellectu negatiuo vᵒ: vt intelligit nõ eē i nā reꝝ ꝛ nõ eē poſſibile. ꝛ ex hꝫ ꝯcludit neceſſario ipꝫ īfinitū ſꝫ q īfinitū. quātū ad rõnem formalē īfinitatis eē cognitū: q: illud de quo intellc aliq̄d negat ꝛ affirmat intelligit ab intellectu: modo de ipſo īfinito ſꝫ q īfinitū est intellect' aliq̄d enunciat negatiue vt ipſum nõ eſſe vel ſimile põt aliq̄d affirmare de ipſo vt ipſum eſſe oppoſitū finito aliquo mõ. q̄re. ℂ 2ᵒ dico q ipſum infinitū ſꝫ q īfinitū bene est ignotū 2ᵒ mõ. ſ. quantuꝫ ad numerū ſuarꝫ partiū. ſ. q nõ cognoſcit aliq̄s determi-

natus nūerus ptiū isinitī: ptiū dico oiūz: τ h est facile videre: qz illud qḋ nullū numerū determinatū hz non pōt cognosci vera cognitiōe quātū ad determinatū nūerū. hoc est euidēs: qz cognitio nō est vera nisi ꝯformet rei. vt pz in 3° de anima τ ex 6° ethicoꝝ: fm similitudinem enī τ ꝓpetatē cognitio fit. Nunc autē ptes isiniti oēs nō habēt aliquē numerū determinatū: quia tunc isinitū esset finitū. qḋ est ipossibile. vt si est isinitū fm q̄titatem: ptes eius oēs quantitatiue non sunt in aliquo nūero determinato. Si aūt est isinitū fm formaz: ptes sue forme nō habēt numerū determinatū: q̄re τc̄. Et hec videtur esse itentio cōmentatoris super istā partē. in p̄mo enim syllō quē ibi ponit: accipit istā ꝓpositionē. Omne cōpositū ex p̄ncipijs isinitis in q̄titate τ forma est ꝯpositum: qḋ nō scit ex quot τ q̄lib⁹ est cōpositū. in quo videt itelligere φ ipsuz isinitū fm quātitatē τ formā est sic ignotū φ nō scit ex quot partib⁹ τ q̄libus est ꝯstitutū: τ hoc est idē qḋ ipz isinitū nesciri quo ad numerū determinatū omniū ptiū: τ hoc ēt bene videt itēdere Aristoteles in 2° metaphy. vbi dicit sic: ꝓpter qḋ nō enumerabit sectiones q̄ per isinita ꝓcedit. q̄si dicat. numerus ptiuz in quas diuidit linea omnīōe que ꝓcedit in isinitū non poterit cōprehēdi determiate: vel sic q̄si dicat: ille qui ꝓcedit per infinita. i. qui icisit lineā fm φ est diuisibilis i isinitū nō enūciabit sectiōes. i. nō cognoscet numerū determinatū sectionū. i. diuisionū. Vn̄ necesse est intelligere lineam ipsam statuere. i. inter duo cōstitutā τ finitā itelligere. s. inter duo puncta. Si igit infinitū fm φ infinituz nō potest esse cognitū vera cognitiōe quātū ad numeꝝ determinatū omniū suarū partiū. Et hoc accepit Ari. contra anaxagozam: qui ponebat p̄ncipia prima reruz nāliū esse simpliciter infinita: ex quo sequeretur ipsa p̄ncipia esse ignota quantuz ad numerū determinatum ipsorum omnium: ita scilicet φ non cognosceret esse aliquis numerus ipsorum omniū: nec ipsa oīa cognoscerētur: ex quo sequeret oīa cōposita nālia nō esse nota: tūc enim arbitramur cognoscere vnūqḋqz cōpositū cuz cognoscimus ex quibus τ ex quantis: idest ex quot sit cōpositū. Ex quibus verbis manifeste videt Aristo. ostendere φ ipse nō sumpsit infinitū fm φ isinitū esse ignotū nisi quia nō cognoscit determinate quot sint partes ei⁹ fm φ infinitū: sic enim concordabit prima ꝓpositio coꝫ vltima: tunc arbitramur cognoscere τc̄. Sed si p̄ncipia essent infinita nō cognoscerent ex quot τ q̄b⁹ essent: qz infinitum fm φ infinitū est ignotū quantū ad hoc quot τ que cōtineat in eo: q̄re τc̄. Patet igitur quomō infinitum fm φ infinitū est ignotū τ quomodo est notum.

Ex his ad rōnes. Ad p̄mā cū dicebat φ hz diffinitionē τc̄. Dico φ si hz diffinitiōnē ꝓpriē dictā q̄ dicit quid rei sic potest ꝓpriē τ vere cognosci: intellectus enim qui est ipsius qḋ q̄d ē semper est verus: tertio de anima. Sed si habet diffinitiōez solū dicētez quid nominis cuius partes sint īpossibiles in essendo vel ad seīuicē icompossibiles: tunc enim itelligeret simplici intelligētia vera: cū ei nō corrēspōdeat res cui cōfirmet: nec ītelligeret itellectu affirmatiuo vt dictū est. tñ bñ intelligeret itellectu nō vero simplici sed ficto τ itelligeret negatiue vere: vt supra dictum est. Et est hic aduertendū φ cum ipsum infinitū quātuz ad rationem formalem suā que est negatio terminoꝝ magnitudinis sue numeri inquātuz sit non ens: non potest intelligi primo τ p̄ncipaliter: sicut nec alie negatiōes: sz intelligit secundario post intellectionem entis cui ꝯtradicit. Utrū aūt per eandez itelligat ens τ nō ens: τ quomodo alia questio est τ alias visum fuit. ¶ Ad secundā dōz est: φ de isinito ē scia negatiua qua scit non esse: τ iō cōcessuz est ipsum esse aliqualiter notuz: sed de ipso nō ē sciētia qua cognoscat distincte q̄tū ad omnes suas partes: τ qua sciatur omniū suarū partium numerus: τ sic indubitanter est ignotuz ignorantia opposita cognitioni determinate omniuz suarum partiū seorsuz τ diuisim: τ sic impossibile est ipsuz cognosci: τ hic ē vnus modus. Nullus enim posset determinate τ indistincte. cognoscere omnes partes ipsius infiniti: quia aut cognosceret eas omnes sub rōnibus ꝓprijs τ simul. τ hoc est impossibile: quia intellectus nō potest bene simul diuersa intelligere sub rōnib⁹ ꝓprijs τ distinctis. Aut cognosceret eas successiue. τ hoc dupliciter. qz aut in ꝯsiderando vnā post aliā perueniret ad vltimā. aut nunq̄ perueniret ad vltimā. Si p̄mo modo hoc ē ipossibile. qz infinitū fm φ isinitū nō habet partē vltimā. qz tunc haberet primā: τ sic eēt finitū. Si dicat 2° mō vt φ nūq̄ perueniat ad vltimā partē. sed semp cōsideraret vnā ptez post aliam partē tunc sine dubio nūq̄ cōplebitur cognitio partium ipsius isiniti. τ sic nō habet pfecta cognitio ꝯpositi qḋ ꝯstituet ex hmōi partibus. Et sic si bene ꝯsideremus videbimus duos modos quibus infinitum est ignotuz. Uno modo est ignotū quantū ad numerū determinatū omniū suarū ptiū: queꝫ est ipossibile vere de ipso enunciare. Alio modo est ignotū ignorantia opposita cognitioni determinate omnium suarū partiuz determinate seorsuz τ diuisiz. τ vtraqz cognitio reqrit ad cognitionē pfectā cōpositi. s. qua cognoscat quot numero sunt per se eius p̄ncipia: τ qua sciant seorsuz τ diuisiz oīa ex q̄b⁹ ꝯponant. τ hoc tetigit Aristo. cum dixit φ cognoscim⁹ ex quot τ ex quib⁹. ¶ Ad tertiā patet solutio ex dictis concessum enim est. φ ipsum infinitum est aliquo modo notū quantum ad rationē formalem qua dicit infinitū. τ alijs modis est ignotum. ¶ Ad quartū concedo maiorem. Et cum dicebatur. φ species intelligibilis τc̄. dico per interemptionem. Et cum dicebatur φ due species vel tres possunt simul esse in intellectu. concedo sed non sequitur φ infinite possint simul esse. quia ad hoc φ species intelligibiles eēnt simul in itellectu nō sufficit ipsas nō opponi sibiinuicem: sed oporteret fantasmata a quibus dependent esse simul infinita τ res fantasiabiles eē simul infinitas: quaꝝ species per se simul essent i itellectu. hoc autem est impossibile. quare τc̄. ¶ Ad quintā cū dicebat qui cognoscit vniuersale τc̄. potest dici φ qui cognoscit vniuersale cui⁹ sunt infinita indiuidua successiue non oportet φ cognoscat infinita indiuidua simpliciter. quia nōdū cognoscit singularia sub rationibus proprijs τ distinctis. vt qui intelligit hominē nim oportet ipsum intelligere sortez τ platonem sub rationibus proprijs singulariū. τ ideo non oportet φ cognoscat infinita. verum est enim φ si cognoscēs tale vniuersale cognosceret omnia eius indiuidua sub rationibus ꝓprijs ipse cognosceret infinita: sed non est ita. Et ad istam intentionem intelligendum est dictum commentatoris in 3° de anima vbi dicit φ in propositione vniuersali intellectus iudicat res infinitas sub iudicio vnico. hoc enim modo iudicat infinita: quia intelligens subiectum propositionis vniuersalis habet intellectionem que est indifferens ad infinita fm representationem: τ de se non plus representat vnum illorum q̄ alterum: τ hoc est impossibile in virtutibus corporalibus: quia cognitio quelibet vniuscuiusqz eorum est determinate vnius indiuidui representatiua sic φ non alterius. ¶ Ad septimū est dicendum φ motus τ tempus non habent infinitatem fm actuz τ simul sed ptes eoꝝ sibiinuicez succedunt in

T.c. 22. — T.c. ii. — T.c. 26. — T.cō. 3. — Cō. 19.

infinitum: ⁊ illaꝝ partium omnium temporis ⁊ motus impossibile est cognoscere vere aliquem numeꝝ determinatū: quia ipsa est ratio ĩfinitatis motus ⁊ temporis bene est nota intellectui. Et est hoc ꝯsiderandū q̄ cū dicimus superius q̄ ipsum ĩfinitū q̄tum ad suā rōnem formalē. s. ĩfinitatē nō esse nota affirmatiue ⁊ vere. ita q̄ cognoscatur esse: intellectum non esse notā de ĩfinito fm extēsionē. sicut pʒ ibidē: sed volumus dicere q̄ ĩfinitū fʒ duratione q̄tum ad ipsam ĩfinitatē sic notū vera cognitōe fʒ affirmatione. imo sufficiēter demonstrat aliqd esse ĩfinitum fm duratione successiuā. Silr nō itelleximus de ĩfinito p priuationem specifice determinatōis. Demōstratur .n. sufficiēter aliqd eē ĩfinitū p priuationem specifice determinatiōis: ⁊ fm q̄ in essentia nō icludit aliquā formā determiatā: ⁊ hec est p̄ma mā: sicut ēt tactū fuit p̄us. De ĩfinito aūt fm vigorē ad p̄sens nō determino nisi qd̄ p̄us fuit actū q̄ ñ pōt esse aliqs talis motor q̄ simpliciter sit ĩfiniti vigoris. ⁊ ideo ē ignotū sic q̄ nō cognoscitur esse vera cognitione. ℭ Ex oibus igit̄ p̄dictis hoc est accipere si qs intēderit p̄mo q̄ ĩfinitū fm extensionē nō est oino ignotū fm rationē formalē qua dr̄ infinitū. ℭ Scdo. q̄ hmōi ĩfinitū bene est ignotū quo ad numerum determinatū oium suaꝝ partiū: ita. s. q̄ non cognoscat esse aliqs certus nūerus oium suaꝝ partiū. ℭ Tertio. q̄ ēt ipm sic ĩfinitū est ignotū ignorātia opposita cognitiōi oium suaꝝ partiū seorsūʒ diuisim: ⁊ hec sunt p̄ncipalius hic itēta. ℭ Quarto tamē pōt haberi q̄ infinitū fm durationē successiuā non ē ignotū cū sit demonstratū ipm esse in .4. hui⁹. s. motus ⁊ tp̄s. ℭ Quinto q̄ etiā ĩfinitū fm p̄uationē specifice determinatōis non est aliquo modo ignotū cū sufficiēter possit demōstrari p̄ma mām esse sic ĩfinitā. ℭ Sexto pʒ aliqd: sed modicū de ipso ĩfinito fʒ vigorē: q: de hoc i octauo plenius est ꝯsiderādū. ℭ Patet etiā ex dictis solutio quoꝝdā argumētoꝝ logicoꝝ. Arguit̄ .n. sic. ĩfinitū aut est ens aut non ens. Si est ens ⁊ nullum ens sit ignotum nāliter. vt pʒ per Cōmentatorē in .2. hui⁹. ⁊ in p̄mo de generatiōe. ⁊ habet .3. de anima: q: intellectus possibilis est in potētia omnia fieri. vt ibi dr̄: ⁊ si sic est sequit̄ q̄ ipsuʒ ĩfinituʒ non ē ignotū. Si est nō ens cū ipʒ nō ens possit itelligi. vt pʒ in 4.° metaphy. adhuc ipm ĩfinitū non est ignotū. ℭ Item illō de quo itellectus aliquid enunciat non est ignotū: cum 2.° operatio itellectus p̄supponat p̄mā. Cōstat aūt q̄ de infinito aliqd enūciat fm affirmationeʒ ⁊ negationē. quare ⁊c̄. Oium istoꝝ ⁊ similiū pʒ solutio ex dictis. Et scias q̄ ista questio est bona ⁊ difficilis ⁊ ab aliqs parum inuenit ordinatum sufficienter: sed p̄missa labore non modico congregaui. Questio. XV.

T.cō.6.
T.c.19.
T.cō.8.
T.cō.4.

Secūdo q̄rit̄ circa eādē p̄teꝝ. Utꝝ cognitio q̄ti depēdeat ex ei⁹ partibus q̄titatiuis. ℭ Arguit̄ p̄mo q̄ nō: q: qd̄ itelligit̄ simplici itellū ō itelligit̄ itellectu p̄ui. vt pʒ in 3.° de aīa: fʒ linea itelligit̄ simplici ⁊ vna itellectiōe. vt pʒ ibidē. ℭ Sc̄o .2. qd̄ itelligit̄ in idiuisibili tp̄e ñ itelligit̄ itellū partiū: q: si sic. tūc ō itelligeret sīl: ĩmo linea itelligit̄ i idiuisibili tp̄e: sic̄ alia icōpleta. vt vult Arī. in .3.° de aīa. q̄re ⁊c̄. ℭ Itē .3. si itellectus itelligeret q̄tū ex suis p̄tibus sequeret̄ aut q̄ nunq̄ itellectus finiret itellectionem aut q̄ itelligeret ĩfinita: pʒ ꝯsequētia: q: partes quanti continui sūt ĩfinite: modo vtrūq̄ ꝯsequēs est impōle. vt manifestum est cuilibʒ itelligēti. quare ⁊c̄. ℭ Itē .4. qd̄ p̄us cognoscit̄ aliqb⁹ aliis nō depēdet ex cognitione illoꝝ: sed ipm totum q̄tum p̄mo cognoscit̄ q̄ sue partes: ista est manifesta: minor pʒ: quia totum videt̄ prius cognoscitur suis partib⁹. vt hic dicit Commentator. quare ⁊c̄.

C.c.13.
T.c.3.

Oppositū arguit̄ auctoritate Aristo. hic. vult enī q̄ tunc arbitramur cognoscere vnūquodq̄ cum cognoscimus: ex quot ⁊ quantis sit ⁊ per quot: ⁊ quātis sit partibus itelligit p̄tes quātitatiuas. vt omnes exponūt. ℭ Item sicut totuʒ essentiale habet se ad partes essentiales. sic totum quātitatiuū se habet ad partes quātitatiuas: sed totū eēntiale cognoscit̄ ex suis partibus essentialib⁹. s. materia ⁊ forma: vt vult Arist. ⁊ Commentator in prohemio huius. quare ⁊c̄.

Ad hoc dicunt aliq q̄ ipʒ q̄tū pōt cognosci duplici cognitione. s. cognitione ꝯfusa ⁊ impfecta ⁊ cognitione p̄fecta ⁊ distincta. Tūc dicūt ad q̄onē duo. P̄rimo q̄ q̄tū nō cognoscit̄ ex suis partibus cognitione cōfusa ⁊ q̄tum ad taleʒ cognitionem ipsum totū p̄us est notū q̄ sue partes seorsum ⁊ diuisiʒ sumpte. sicut tangebat̄ arguēdo: sed cognitione perfecta ⁊ determinata bene cognoscitur quantū ex suis partibus: q: ex illis cognoscitur ex quibus habʒ esse: sed ipsum quantū habet esse ex suis partibus. Maior pʒ: q: queciūq̄ sunt p̄ncipia eēndi eadē sunt p̄ncipia cognoscendi cognitione perfecta: minor pʒ de se. ℭ Est tamē itelligēdū fm Arist. in de sensu ⁊ sensato. q̄ duplices sunt partes quātitatiue: quedā sunt in actu: ⁊ quedā in potētia. ptes in actu sunt que seorsuʒ ⁊ diuisiʒ sumpte possunt p̄ticipare formā totius. Partes in potētia sunt ptes excellētis paruitatis: que seorsuʒ ⁊ diuisim sumpte nō possunt participare formā totiuʒ: sed resoluerētur in p̄rīnēs vt caro posset diuidi in partes tā p̄uas q̄ s'le partes diuise nō remanerēt carneʒ: sed resoluerētur in aerē: hoc aūt amplius ꝯsiderabitur in sequēti q̄one. ℭ Nūc ergo dicūt aliqui q̄ q̄tum cognoscit̄ cognitione suarum partiū in actu: sed nō cognitione suarum partiū in potētia. p̄me enīʒ sunt finite in vnoquoq̄ ente nāli ⁊ quanto ⁊ quo ad tales nō p̄cedit diuisio in infinitū fm p̄portionem eādē vt habʒ videri super libro de sensu ⁊ sensato. ℭ Sed hic sunt due dubitatiōes satis bone. ℭ Prima est. q: sicut p̄mū quātum habet esset ex suis partibus fm actu. sic etiā habet esse ex suis partib⁹ quātitatiuis que dicūtur partes in potētia. caro .n. minima composita est ex partib⁹ excellētis paruitatis que nō possunt seorsum subsistere. similiter aūt ⁊ in aliqs: cum igitur quicquid est pars ptia est pars toti⁹: sequit̄ q̄ ipsa tota caro habeat esse ex hmōi partib⁹ que dicunt̄ partes in potētia: ⁊ per ꝯsequēs habet cognosci ex eis. ℭ Alia dubitatio est: q: licet partes quāti que dicūtur partes fm actuʒ sint finite i quolibet continuo naturali: tamē videnť esse in tam magno numero q̄ quasi impossibile videt̄ ipsum cognoscere: quis enim cognosceret quot carnes minime sint in carne hominis aut alterius aīalis. Et similiter quis cognosceret quot lapides minimi sint in lapide magno: minimi dico idest tā p̄ui q̄ minores nō possint subsistere. ℭ Ad primam potest dici: q̄ licet totum habeat esse ex suis partibus aliquo modo in potentia: tamē nō oportet q̄ cognoscat ex illis p̄prie ⁊ per se. Et cum dicebatur. vnumquodq̄ cognoscit̄ ex illis ex quibus ⁊c̄. Dico q̄ si loquamur de partibus essentialibus hoc est vniuersaliter verum. Sed si loquamur de partibus quantitatiuis debʒ sic intelligi vnumquodq̄ ⁊c̄. Uerum est potentibus separari abinuicē ⁊ subsistere seorsum: sed de aliqs non opʒ. ℭ Sed adhuc aliquis dubitabit: quia secundum illum intellectum Aristotelis non dicit contra Anaxagoram. ponebat enim Anaxagoras partes infinitas rerum naturalium esse principia earum: sed non dicit eas esse seorsum ⁊ diuisim subsistentes: sed commixtas. ideo non hō

argueret Aristo. ɔtra anaxago. si solum intelligebat q̄ vnūquodq; cognoscit ex illis ex quib⁹ est potentibus seorsum ⁊ diuisum subsistere. ¶ Ad hoc est dōm q̄ lʒ anaxago. poneret infinitas partes carnis coniūctim: existētes tamē ad eius potētiam: sequebat necessario q̄ infinite sint ptes carnis per se existere potētes. i. seorsum ab aliis partib⁹ carnis pticipātib⁹ formam carnis. ¶ Hoc sic pʒ. ponebat. n. Anaxago. q̄ in vnaquaq; re nāli ēēnt pticule īfinite alteri⁹ rei nālis. v. g. in vna portione aque dicebat esse īfinitas ptes carnis ⁊ p se. ponam⁹ igit̄ q̄ ex ipsa carne segreget̄ aliqua caro seorsum existēs. tūc certum est q̄ caro remanēs in aqua erit minor q̄ erat prius: q̄ semp quātū minorat̄ ex ablatione quāti vt manifestū est ad sensuʒ. tūc vlterius moueat̄ ab aqua alia caro subsistēs adhuc remanebit in aqua caro ⁊ fiet minoris q̄titatis: aut igit̄ segregatio cessabit remota illa carne: aut nō: si cessabit. ergo deueniet̄ ad aquā in qua nō est aliqd carnis: ⁊ sic non oē in omni erit: cuius oppositum volebat ille. si aūt semper segregari possit in īfinitū caro seorsum subsistēs. silr remaneret semp caro subsistens. tūc habebit̄ q̄ ipsius carnis sunt īfinite partes non solū ɔiunctim existētes: sʒ etiā potētes seorsum formā carnis participare: oēs aūt tales partes necesse est cognoscere ad cognitionē toti⁹ simplr pfectam: ⁊ sic oportebit cognoscere īfinita: qd̄ est impoīe: ⁊ sic multuʒ subtiliter ꝓcedit aristo. in lr̄a ɔtra anaxa. vt pʒ inspicienti litterā. ¶ Ad aliam dubitationē possumus dicere ad p̄sens q̄ quāuis sit multū difficile cognoscere numerū determinatū partiū carnis. silr lapidū ⁊ pluriū aliaꝝ reꝝ nāliū: ⁊ quāuis forte non sit aliquis q̄ hmōi notitiam habeat: tamen cū talis numerus sit ens: ⁊ nullū ens sit ignotū naturaliter: ⁊ cum intellectus possibilis sit in potētia ad oīa fieri: vt dr̄ in 3° de anima. ideo nō reputo impoīe hr̄e talē cognitionē reꝝ naturaliū. q̄uis. n. ɔfitear me non hr̄e nec forte alij multi: nec istud est remotū: q̄ inquit phs in predicamentis: q̄ multa sunt scibilia: quoꝝ sciē nondū sunt: vt quadratura circuli scibilis est: ⁊ tñ scia circuli nōdū est.

T. c. 18.

Ex his dicendū ē ad rōes p̄ores. ¶ Ad p̄mā dōʒ est q̄ bñ cōcludit q̄ cognitōe ɔfusa totū nō cognoscit̄ ex suis partib⁹: saltē diuisim ɔsideratis: sed cognitiōe perfecta ⁊ distincta sic cognoscit̄. ¶ Per istem ad 2ᵃᵐ. cognitiōe. n. ɔfusa cognoscit̄ in istā fm cognitionē determinatā ⁊ pfectam. ¶ Ad 3ᵃᵐ pʒ ex dictis. nō. n. ponimus q̄tum cognosci ex suis ptibus in potētia que sūt īfinite: sed ex partib⁹ actu mō p̄dicto. ¶ Ad aliā solutū ē. cognitio. n. ɔfusa ⁊ impfecta totius prior est via generationis cognitione partium: sed cognitio partium prior est cognitione perfecta cognitione totius: ⁊ hoc non est incōueniens. quare ⁊c.

¶ **Amplius si necesse est cuius pars conuenit esse quantumcunq; secundum magnitudinem ⁊ paruitatem ⁊ ipsum contingere ⁊c. Textu commenti. XXXVI.** Questio. XVI.

QUerit̄ hic vtꝝ entia nālia sint determinata ad maximū ⁊ minimū. ¶ Arguit̄ prio q̄ nō: q̄ illō qd̄ est diuisibile in īfinitū nō ē determiatū ad mimū. Nam semp in qd̄ aliqd diuidit̄ ē min⁹ illo qd̄ diuidit̄: cū ps sit min⁹ toto: sʒ entia naturalia sunt diuisibilia i īfinitū: q̄ sūt ɔtinua. Cōtinuum aūt est diuisibile semp i ea q̄ sūt semp diuisibilia. vt demonstratū est in 6° hui⁹: ⁊ in lib° de lineis idiuisibilib⁹: ⁊ in 5° meta. q̄re ⁊c.

T. cō. 3.

T. c. 12.

¶ Itē 2° si naturalia eēnt determiata ad maximū ⁊ minimū. tūc in q̄titate esset ɔtrarietas: sed hoc est iconueniens. quare ⁊c. Falsitas ɔñtis pʒ in predicamentis. ɔñtia pʒ: q̄ ɔtrarietas est iter maxime distantia: modo in quantitate inuenit̄ maxima distātia cuʒ erit determinata ad maximū ⁊ ad minimū. ¶ Item 3° si naturalia essent determinata ad minimū. tunc essent composita ex indiuisibilibus: sed hoc est impossibile. quare ⁊c. impossibilitas ɔñtis pʒ in 6° hui⁹. ɔñtia declarat̄: q̄ postq̄ entia naturalia essent determinata ad maximū: tunc in diuisione ipsoꝝ deuenire⁊ ad indiuisibilia. cū. n. in diuisiōe peruenire⁊ ad minimum. tūc in diuisiōe esset dare min⁹ minimo: si istud minimum diuidere⁊ quod est impossibile. ergo peruenire⁊ ad īdiuisibilia modo: vnūquodq; ē compositū ex his i que diuidit̄. quare ⁊c. ¶ Item 4° oē graue est grauius aliquo: sed hoc nō esset. si ⁊c. maior pʒ i 4° celi ⁊ mūdi. minor pʒ. Ipsa. n. grauitas est quedam forma nālis. ergo si determinare⁊ ad minimū: ⁊ illō minimū esset grauius aliquo: tūc minimo graui eēt minus graue: qd̄ ē impoīe. ¶ Itē 5° si sic esset. tūc mā p̄ma eēt quādoq; sine omni forma: qd̄ est impoīe. vt pʒ in p̄mo d̄ generatione. ⁊ pʒ ɔñtia: q̄ si sit minima caro adhuc eēt diuisibilis: cū sit qd̄ ɔtinuū. si ergo diuidit̄ aut partes in q̄s diuidit̄ habebūt formas carnis: aut nō. si sic: cū pars sit minor toto erit dare min⁹ minimo: qd̄ est impossibile si nō habebūt formā carnis: tūc mā illaꝝ partiū erit sine omni forma. ¶ Item. 6. si sit dare minimā carnē ⁊ illa diuidat̄: aut diuidet̄ in partes que sunt carnes: aut diuidet̄ in partes que nō sunt carnes: ⁊ fim partes q̄ sunt carnes. ergo erit caro minor carne minima si i partes q̄ non sūt carnes. ergo caro erit composita ex nō carnib⁹: cū vnōqdq; sit compositū ex his in que diuidit̄. ¶ Itē 7. qd̄ pōt augeri in īfinitū non est determinatū ad maximū: hoc est euidēs de se: sed ignis pōt augeri in īfinituʒ. vt vult aristote. in. 2. de anima: ⁊ est qddā ens naturale. quare ⁊c. Item. 8. sicut est in entibus mathematicis: ita videtur se habere in entibus naturalibus: cum entia mathematica nō sint separata a naturalibus: nec ecōuerso: sed mathematica nō sunt determiata ad maximū ⁊ ad minimū: cum ɔtinuum sit diuisibile in īfinitum quare ⁊c.

T. cō. 3.

T. c. 27.

T. c. 29.

T. c. 41.

¶ Oppositum arguit̄ auctoritate Aristo. i isto caplō vbi vult q̄ quodlibet ens naturale habet quantitatem determinatam ad maximum ⁊ ad minimum: ⁊ idem vult Commentator ⁊ omnes expositores aristote.

Ad questionē est dōm q̄ entia nālia sūt determiata ad maximuʒ ⁊ ad minimū sic ītelligēdo q̄ cuiuslibʒ entis nālis est aliqua q̄titas ita parua q̄ sub miori nō pōt saluari forma illi⁹ seorsuʒ ⁊ diuisiʒ. Silr est ita magna q̄titas q̄ sub maiori nō pōt saluari forma illius. v. g. Est aliqua q̄titas carnis ita parua que sub miori non pōt existere forma carnis diuisiʒ. Silr est aliq̄ q̄titas ita magna q̄ sub maiori nō p̄t saluari forma carnis: silr aūt est de oib⁹ ptibus entiū nāliuʒ. ⁊ de totis ipsis aīlib⁹: ⁊ hui⁹ rō est plana. Qz illa que sūt determiata fm v̄tutes ⁊ q̄litates nāles: sunt determinata fm magnitudies nāles: sed oē ens nāle est determiatū fm v̄turē nālē. q̄re ⁊c. Maior ꝓpō est manifesta: q̄ v̄tus seq̄t magnitudinē: ita q̄ in maiori magnitudie est maior v̄tus. ⁊ fortior: ⁊ i miori mior ceteris parib⁹: ⁊ p̄cipue hoc veꝝ est in simplicib⁹ corpib⁹ de q̄b⁹ minus vr̄ q̄ eēnt determiata fʒ magnitudinē vt in maiori igne ē fortio: caliās ⁊ i miori debilior ceteris parib⁹: ⁊ mior pʒ: q̄ qdlibʒ ens nāle hʒ opōnē determinatā: opatio aūt determiata est a v̄tute determiata. q̄re ⁊c. Et declarat Commē. hoc in. 8. hui⁹: p silē in reb⁹ artificialib⁹: q̄libʒ. n. res artificiales req̄rūt q̄titatē determiatā sine q̄ nō pñt in suā operatiōeʒ ꝓpriam vt securis posset esse

Com. 15.

ita parue quātitatis φ nō sufficeret ad secundū. ⁊ similr posset esse tā magne q̄titatis φ homo nō posset eā mouere ad secundū. silr aūt ⁊ in alijs. sic aūt est in nā sicut in arte quo ad hoc. ¶ Itē si entia nālia nō essent determinata ad maximū ⁊ ad minimū. tūc ex q̄cūqz excessu fm magnitudinē ⁊ paruitatē nō oporteret ea corrūpi. hec p̄ntia est euidens: sed p̄ns est falsū: qꝛ mā aque ad tātā q̄titatē pōt pduci φ sub ea non staret forma aque. Silr in tm aer posset per ɔdensationē minorari φ ipse corrūperet. silr aūt ⁊ alijs. quare ⁊c. ¶ Item si entia nālia nō eēnt determinata ad maximū. tunc quātocūqz supposito alicuius speciei dato: possibile esset esse mai⁹. hoc est icōueniēs: qꝛ sic homo possz eē tāte quātitatis vt attingeret vsqz ad celū. postq̄ .n. quātocūqz supposito existente, vtputa homine: adhuc ɔtingeret eē maiorē homine: posito φ esset homo hn̄s q̄titatē .20. pedū adhuc possz esse maior: ⁊ adhuc illo posset eē maior: ⁊ sic perueniretur ad hoc φ posset eē tāte quātitatis φ attingeret vsqz ad celū: qđ est ipossibile: qꝛ nunc nō est nec vnq̄ fuit nec erit: ⁊ pz ɔsequētia. postq̄ .n. homo nō eēt determinatus ad maximū. tūc quātocūqz supposito hoīs existe: adhuc eēt dare maiorē. silr aūt ⁊ in ceteris. ¶ Sed est intelligēdū φ entia nālia p̄nt ɔsiderari dupl'r. Uno modo fm φ nālia sunt: ⁊ sic determinata sunt ad maximū ⁊ ad minimū modo predicto. Alio modo possunt ɔsiderari fz φ ɔtinua sunt: ⁊ sic nō sunt determinata ad maximū ⁊ minimū: imo eis nō repugnat diuidi in ifinitū in ptes: quarū vna est extra aliā. ¶ Cōsiderandū ēt φ lz nālia per se subsistētia ⁊ seorsuz siue diuisiz sint determiata ad minimū: tn̄ quātū ad partes in toto existētes ⁊ excellētia paruitatis nō potētes participare seorsum ⁊ diuisim formā nālem: sic nō sunt determinata ad minimum simplr: imo quacūqz parte carnis data adhuc ē minor existēs in tota carne: nō tamē quelibz taliū pōt pticipare seorsuz ⁊ diuisiz nām carnis: imo si separent resoluerent icōueniētz: vt minimus sapor infusus aque maris: vt docet Aristo. in libro de sensu ⁊ sensato. Sciēdū ēt φ istud dcm̄ est intelligendū de entibus nālibus ⁊ formis permanētibus. Sed de entib⁹ successiuis vt sunt tps ⁊ mot⁹: nō est oīno manifestum. ⁊ de hoc plus videbitur in quarto.

Ad rationes.

Ad primā pz ex dictis. ¶ Ad 2m dōm φ q̄titari fm se nō est aliqđ ɔtrariū: sꝫ tn̄ ꝑ accn̄s fm φ ɔiuncta est nālib⁹ formis hn̄ibz ɔtrari quo ad dispōnes suas. ¶ Ad 3m est dicendū φ in oībꝫ entibz nālibꝫ bene puenit ad idiuisibilia: sic φ nō possunt diuidi in ptes minores eiusdem nature seorsuz ⁊ diuisim subsistentes: ⁊ ex talib⁹ bene sunt composita: nō tamē puenit ad idiuisibilia simplr ⁊ totaliter: sicut sunt pūcta ⁊ vnitates: imo vnaqueqz partiū taliuz entis naturalis est diuisibilis in ifinitum in ptes ei existentes: queadmoduz ēt ipsa dimēsio diuisibilis est in ifinitum in partes quarꝫ vna est extra aliaz. ¶ Ad 4m cuz dicebat omne graue ⁊c. Cōcedo φ omne graue subsistēs seorsuz ⁊ diuisiz est grauī⁹ aliquo graui in toto existe ⁊ ɔiuncto alteri graui: sed nō est intelligēdū φ omne graue seorsum existens sit grauius alio graui seorsuz existe vt arguebatur. ¶ Ad 5m dōm φ sic non erit mā p̄ma sine omni forma: qꝛ ille ptes minime carnis cū diuiderent adinuicē: acciperēt formā continētis: vt si sint in aere acciperēt formam aeris: ⁊ sic de alijs. ⁊ hoc docet Arist. in de sensu ⁊ sensato. ¶ Sed aliqꝫ miranf quod qn̄ habet huiōi formā subalē. vbi gra. si minimū plumbi diuidat: qđ debet illis partibus formā aeris. ¶ Et est dōm φ ipsa diuidēs in ɔtinuūt aliter: ⁊ virtus celi existēs in ɔtinēte dabit talē formā subalem vel iplemnet ɔtinens per suam formā generabit sibi similem formā in mā particularuz diuersarum. ¶ Sed aliqui dubitāt hic: qꝛ forma aeris nō pōt stare in mā sub minori quātitate φ forma terre: imo minimuz terre est minoris quātitatis minimo aeris. ponatur igit minimū terre in aere ⁊ diuidat: si partes illius minime terre resoluant in aere. tūc forma aeris saluabitur in mā minoris quātitatis q̄ mā forme terre. partes .n. materie illius terre minime sunt minores tota terra. Ƀ aūt est impossibile vt videt. ¶ Ad hoc est dōm φ forma aeris nō pōt stare in mā sub minori quātitate seorsuz ⁊ diuisiz q̄ sit minima quātitas terre: sed cōiunctiz ⁊ in toto possibile est formā aeris esse in mā minore quantitatis minore terre seorsuz existēte. ¶ Ad 6m dōm φ ñ minima caro diuidat diuidet in partes que p⁹us erāt carnes. s. cū erant ɔiuncte adinuicē: sz nō erunt ampli⁹ carnes cū erūt abinuicē separate. Et si dicis. ergo cōponeret caro ex nō carnibus: dico φ nō sequit: qꝛ caro nō componit ex illis diuisim seorsuz existētibus sed coniunctim: ⁊ vt sic bene sunt carnes. quare ⁊c. ¶ Ad 7m dico φ ignis nō augetur in ifinitū simplr ⁊ oīno: imo est aliqua quātitas ignis: ita magna φ sub maiori nō pōt saluari forma ignis: sꝫ verū est φ caliditas ignis in q̄tū caliditas ignis pōt se extendere vltra terminū qui cōmuniter inueniē in reb⁹ viuētibus. ⁊ ideo caliditas ignis nō pōt eē sufficiēs causa augmētationis in viuētib⁹. Et ad hanc intentionē dixit Arist. in 2° de aia. φ augmētū ignis est in ifinitū quousqz combustibile apponatur: in infinitū dico .i. vltra quātitatez que cōmuniter inuenit in viuētib⁹. ⁊ hoc sufficit Aristo. ¶ Ad 8m pōt dici φ non est simile de entibus nālib⁹ ⁊ mathematicis: qꝛ mathematica nō determinant sibi formas determinatas ⁊ v̄tutes determinatas dico p se, sꝫ imediate: nālia aūt sic. quare ⁊c. Itez ipsa mathematica bene sunt determinata ad minimū qđ possit seorsuz existere vt aliqua linea est tā parua φ minor seorsuz ⁊ diuisim nō possit existere: licet sit semper accipere in toto minorē: ⁊ sic de alijs. Est etiā aliqua quantitas ita maxima que non potest esse maior. sicut quantitas totius mundi corporei: sed forte istaz maximitatē nō habet rōne qua dimensio seu quantitas: sed ratione nature cui est coniuncta. quare non valet ratio.

T.c.41.

¶ Amplius si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicem ⁊ non fiunt: sed segregantur cum insunt: dicuntur autem ⁊ a plurimo: fit autem ex quolibet quodlibet: vt ex carne aqua segregatur ⁊ caro ex aqua: omne autem corpus finitum relecatur a corpore finito ⁊c. Textu commenti. XXXVII.

Questio. XVII.

Circa istā partē queritur. vtrū q̄libet corp⁹ finitū ɔsumi possit per ablationē alicui⁹ finiti aliquotiēs factā. ¶ Argr p̄mo φ nō: qꝛ aliqđ qđ est diuisibile in ifinitū nō pōt cōsumi per ablationē ali⁹ finiti aliquotiēs factā: ꝫ est euidēs: sꝫ omne corp⁹ finitū est diuisibile in ifinitū cū sit ɔtinuū. q̄re ⁊c. ¶ Oppositum arguitur per Aristotelem in littera.

Ad questionē

ē intelligēdū breuiter φ diuisio corporis finiti i suas ptes pōt fieri duob⁹ modis. Uno⁰ in ptes eiusdē q̄titatis ⁊ eque sibiinuicē: vt si ligni diuideret i ptes: q̄rū q̄libz ē vni⁹ pedis. Alio modo pt fieri diuisio corporis finiti i ptes eiusdē ꝓportiōis: nō tn̄ eiusdē q̄titatis. vt si ligni diuideret i duas medietates ⁊ viterius q̄libz medietas in duas medietates: ⁊ sic pcedēdo hec eēt diuisio in ptes eiusdēz ꝓportionis

q sicut prime partes in quas fuit divisio sunt dimidie ad totum. sic partes in quas fit divisio secunda sunt dimidie ad illas que dividunt in eas: et tamē nō sunt equales ad invicem: quia medietas totius est maior medietate partis. Similiter autem posset fieri secundum alias proportiones: ut si lignū divideret in tres partes et quelibet illarum in tres partes. Ulterius sciendū q aliquid nō repugnat alicui secundum unā rōnem qd tamē repugnaret ei secundum aliam: ut homini albo secundum q albus repugnat nigrū esse: sed nō repugnat homini secundum q homo. similiter autem et in aliis multis.

Tunc dico

q nulli corpori finito secundum q continuū est et finitum repugnat cōsumi per ablationē partiū eiusdē quātitatis et equaliū aliquotiēs factā: imo si ab aliquo corpore finito quantūcūq sit magnum auferat corpus finitum quantūcūq paruū totiēs posset auferre q totū esset consumptū. Et hoc statim probat: quia si corpori finito repugnaret consumi per ablationem partiū eiusdem quātitatis. tūc in ipso essent partes īfinite sibiinuicē equales: pro alio enim nō repugnaret ei inquātū cōtinuū et finitū nisi propter infinitatē huiusmodi partium: sed hoc est impossibile. Non enim est intelligibile q in aliquo corpore finito sint partes eiusdē quātitatis simpliciter infinite: imo sicut in ligno. 10 pedū nō est quantitas unius pedis nisi decies: sic in corpore quantūcūq finito non est nisi finities: quecūq determinata: ut in celo nō sunt partes finite equales uni grano milii: sed finite secundum naturā. Et hoc probat evidēter: quia si in aliquo corpore finito esset infinite partes sibiinuicem equales: sequeret q si esset infinitum corpus simpliciter non haberet plures partes equales q finitū: quia utrobiq essent simpliciter infinite. hoc autem est impossibile. licet enim sit impossibile esse corpus infinitū. tamen ista cōditionalis est necessaria si esset corpus infinitum simpliciter: in ipso essent plures partes quantitative equales q in ipso finito. aliter enim infinitum non esset maius finito. ergo impossibile est in corpore finito esse partes īfinitas multitudine equales sibiinuicem: quare videt q ipsi corpori finito rōne qua finitū est non repugnet cōsumi per ablationē partiū equalium aliquotiēs factā. ¶ Secūdo est dicendum q corpus finitum nō potest consumi per ablationē partiū eiusdē proportionis: inequaliū tamē adinuicem: quia illud qd est in īfinitum divisibile quācum ad aliquas partes nō posset cōsumi per quātācūq ablationē partiū huiusmodi. deinde enim q consumeret. tunc divisio terminaretur: et sic nō esset infinitum: sed omne corpus finitū divisibile est in infinitum in partes eiusdem proportionis. Aut enim est divisibile in infinitum: aut eius pervenit divisio ad indivisibilia: sed nō est dicendum q divisio continui perveniat ad indivisibilia: quia tunc cōtinuum esset compositum ex indivisibilibus: cum unūquodq sit compositū ex illis in que dividit. hoc autem

T.c.63.

est impossibile: ut demonstratū est in 6° huius. ergo divisio cōtinui est in īfinitū in partes eiusdē proportionis: et sic per ablationē taliū ei repugnat cōsumi. ¶ Tertio dicendum est q alicui corpori finito ut tale corpus repugnat dividi: et per cōsequens repugnat ei cōsumi per ablationē taliū partiū equaliū: quia illi qd est perpetuum et ingenerabile et incorruptibile repugnat consumi per ablationem partiū quarūcūq. repugnat dico rōne qua tale. Sed corpus celeste finitum secundum magnitudinem existens est ingenerabile et icorruptibile. quare etc. Maior patet: quia omnis substātia que aliquando dividit in partes quātitativas est corruptibilis aliquo modo: quia ad tam paruā quātitatē potest deduci q in ea nō pōt saluari forma naturalis: ut patet

T.c.20.

ex precedēti qōne. et minor patet in primo celi et mundi. ibi enim demonstratum est q celum est ingenitum et incorruptibile. ergo ipsi ratione qua tale repugnat dividi et consumi per ablationem partium quarumcunq.

Ad rationem

patet ex dictis. verum est enim q ipsum cōtinuū divisibile est in īfinitum in partes eiusdē proportionis. sed nō in partes eiusdē quātitatis. i. equales: ideo non est contra dicta. quare etc.

¶ Omnes igitur principia contraria faciunt.

Textu cōmen. XLI. Questio. XVIII.

Circa iſtud capitulū querit vtrū aliquid poſſit fieri ex nō ente ſimplr ſiue ex nihilo. ꝛ eſt circa illā partē ſpāliter. Multipliciter aūt cū dicat fieri. ¶ Arguit pꝛio ꝙ ſic: qꝛ agēs oīpotēs pōt aliqꝺ ꝓducere ex nihilo: aliter enim nō eſſet oīpotens: ſed aliquod agens eſt oīpotens vt ipſe de⁹: vt credūt oēs leges. ḡre ꝛc. ¶ Itē. 2. agens qꝺ nullo mō eſt diminutū: pōt aliqꝺ ē nihilo ꝓducere: hoc pꝫ: qꝛ a. agens ſubiectū re[illegible] ex quo agat ꝓuenit ex diminutiōe ipſius: ſed ꝓmū ꝓncipium eſt agēs nullo mō diminutū imo perfectiſſimū: vt pꝫ in 5. metaphy. a commētatore. ꝛ Ariſt. in ꝓhemio meta. dicit: [illegible] optimuꝫ qꝺ eſt in nā deus. quare ꝛc. ¶ Itē. 3. nō aliqꝺ fieret ex nihilo tūc ꝓcederet in infinitū in cauſis qꝺ eſt impoſſibile. 2. metaphy. ꝓbatio mīe. ſumamus aliqꝺ factū: aut illud eſt factū ex aliquo: aut ex nihilo. Si ex nihilo habet ꝓpoſitū. Si ex aliquo queraf de illo alio. aut illud eſt factū ex aliquo: aut ex nihilo. Si ex nihilo. habet ꝓpoſituꝫ. Si ex aliquo queraf de illo alio aut illo eſt factū ꝛc. ex aliquo vel ex nihilo. Si ex nihilo habetur ꝓpoſitū: ſi ex aliquo queref de illo vt prius: ꝛ ſic ꝓcedit in infinitū. ¶ Itē. 4. quo agēs eſt nobilius ꝛ perfectius tanto pauciora ꝓſupponit: ſed deus eſt nobilius agēs ꝛ perfectius ꝙ nā: ergo pauciora ꝓſupponit i agēdo ꝙ ipſa natura. cū igif natura ꝓſuppōit māꝫ de⁹ ipſe min⁹ ꝙ māꝫ ꝓſuppōit: ꝛ hꝫ nō ē niſi nihil. ḡ nihil ꝓſupponit. Maior pꝫ. qꝛ enī natura ē agēs pfecti⁹ ꝙ ars. iō natura i agēdo min⁹ ꝓſuppōit ꝙ ars. Preſupponit enim natura ens in potētia. i. materiā. Ars aūt ſꝑ ꝓſupponit ens actu vt ars domificatoria ꝓſupponit ligna ꝛ lapides ꝛ medicina corp⁹ humanū: ſimiliter aūt ꝛ in alijs. ꝛ ide ē ꝙ oēs forme reꝝ artificialium ſunt accidētia: vt dicit cōmētator in. 2. huius ꝛ in. 2. de aīa. ḡre ꝛc. ¶ Itē. 5. agens virtutis īfinite poteſt aliqꝺ ex nihilo facere. Sꝫ ipſe deus eſt agēs vꝛtutis īfinite: ergo ꝛc. Maior pꝫ: qꝛ tale agens poteſt aliquid reducere de infinita diſtantia: minor patet in. 12. metaphy. quare ꝛc. ¶ Item. 6. arguitur rōne antiquoꝝ philoſophoꝝ nālium. Si aliqꝺ fit aut fit ex ente aut ex nō ente. Si ex non ente habet intētū. Si ex ente hoc eſt ipoſſibile. qꝛ ſi aliquid fieret ex ente. tunc eſſet anteꝙ fieret: qꝺ eſt ipoſſibile: ꝛ ꝓbat ꝯſequētio. Nam ſi aliqꝺ fieret ex ente nō fieret niſi ex ente: qꝺ ē ipſummet: vt ſi aqua fit ex aliquo ente oportet ꝙ fiat ex ipa aq. Si enī fieret ex aere ꝑ ſe: tūc aer remaneret in aqua facta: ꝛ ſic vnū ꝛ idē eēt aer ꝛ aq: qꝺ ē ipoſſibile: ergo relinquif ꝙ ſi aliquid fit ex ente ꝙ ipſum fiet ex illo ente qꝺ eſt ipſum. Et ſic ſequitur ꝙ aliqꝺ eſt anteꝙ ſit factū: qꝺ eſt ipoſſibile: ergo relinquif omne qꝺ fit fieri ex non ente. ¶ Item 7. ſicut ſe habet generatio qdā ad non ens quoddā. ſic generatio ſimplr ad nō ens ſimpliciter ꝑ cōuenientē ſimilitudinē. ſꝫ generatio qdam eſt ex nō ente quodā: vt generatio albi ex nō albo: ḡ generatio ſimplr eſt ex nō ente ſimpliciter.

Oppoſitum arguif auctoritate Ariſto. in littera. vult enī ꝙ ſemper opoꝛtet aliquid ſubici qꝺ fit. i. cui attribuitur fieri: ꝛ ī quo recipitur ipſum fieri: ꝛ in hoc conuenerunt omnes qui de natura locuti ſunt ꝙ ex nihilo nihil fit.

Ad queſtionē eſt itelligendū ꝙ aliqꝺ fieri ex nihilo ſimplr pōt intelligi duob⁹ mōis. Vno mō ſic ꝙ ly ex determinet circūſtātiā cauſe naturalis: ꝛ eſſet ſenſus aliquid fieri ex nihilo tanꝙ ex mā. Alio modo poteſt itelligi ſic: ꝙ ly ex dicat circūſtātiā ordis. i. poſt: vt ſit ſenſus: aliqꝺ fieri ex nihilo. i. poſt nihil. nullo ſui preexiſtente.

Modo ad queſtionē diceret Ariſto. ꝛ cōmentator ꝛ alij ꝓbantes ꝙ ex nihilo non pōt aliqꝺ fieri. ꝓmo mō. ſ. tanꝙ ex mā: qꝺ multipliciter ē euidēs. nā ſi ex nō ente: vt mā fieret aliqꝺ. tunc non ens ſeu nihil eſſet pars entis: qꝺ eſt ipoſſibile: vt patet ꝑ ſe: ꝛ ꝓbatur cōſequentia. nā illud ex quo ſit aliqꝺ tanꝙ ex mā per ſe remanet in re facta tanꝙ pars facti vt ē videre in artificialib⁹. nā ſi domus fiat ex lignis ligna remanent in domo facta: ſimiliter aūt ꝛ in alijs. Item ſi ex nihilo aliquid fieret: tūc ipſuꝫ nihil reciperet eſſe facti: qꝺ eſt ipoſſibile: ꝛ habetur vnū oppoſitoꝝ nō recipit alterum. vnū cū eius nihil opponaf ipſi eſſe nihil nō recipit eſſe. illud aūt ex quo aliqꝺ ſit vt ex mā recipit eē facti. quare ꝛc. ¶ [illegible] dicerent Ariſto. ꝛ cōmētator ꝙ ex nihilo nō poteſt aliqꝺ fieri. 2⁹ mō. ſ. poſt nihil. qꝺ ꝓbaf ſic. Pꝛimo qꝛ illud qꝺ ſit potuit eſſe anteꝙ fieret. Nam ſi

T. c. 62.
Cō. 11.
T. cō. 5.
Com. 12.
Com. 8.
T. cō. 51
T. c. 86.
T. c. 34

nõ potuit esse tunc fuit impossibile esse: ⁊ sic nunꝙ erit: illa igitur potentia ad eẽ eius qd fit aut ẽ i aliq ente. aut in nullo ente oĩo. Si i ente. ergo nõ fit post oĩo nihil si in nõ ente hoc statim est impossibile: qꝛ non ens oĩo nõ habet potentiã ad esse; quia tunc aliquãdo eẽt ens. quare ⁊c. Dicũt aliqui ꝙ potuit esse potẽtia actiua agẽtis nõ potẽtia passiua materie: sꝫ nõ sufficit: qꝛ nihil ꝓprie potuit esse anteꝙ esset nisi ꝓcesserit potẽtia receptiua sui esse. ¶ Itẽ ratio Aristo. ẽ in littera: omne qd fit vel ẽ accidẽs vel est substantia. Si est accidens manifestum est ꝙ in fieri requirit subiectũ: naꝫ ⁊ ipsum accidẽs non potest esse sine subiecto. Si autem fit substantia sic fit ex aliquo: sicut patet per iductionem. Nam plante ⁊ etiam aĩalia fiunt ex seminibus. similiter autẽ ⁊ in aliĳs suo mõ. ¶ Item hoc manifestat Aristo. inducẽdo in oĩbus modis fieri. omne enim qd fit aut fit trãsfiguratiõe vt statua. aut appositione. vt que augmentantur. aut abstractione vt ex lapide figura mercurĳ. aut cõpositione vt domus. aut alteratione vt ex aqua aer: in oĩbus eniꝫ istis modis manifestum ẽ aliqd subici ipsi fieri ⁊ ꝑexistere. quare ⁊c. ¶ Itẽ ratio cõmentatoris est multũ pulchra: dicit eni cõmentator ꝙ si indiuiduũ transferretur de nõ esse oĩo ad esse: oporteret aut ꝙ aliqd esset trãsmutatuꝫ sine transmutatiõe: aut ꝙ trãsmutatio esset in nõ ente. quoꝝ vtrunqꝫ est manifestuꝫ ĩpossibile. ꝙ eniꝫ aliquid sit transmutatuꝫ sine omni trãsmutatiõe hoc est impossibile: sicut ꝙ aliqd sit albũ sine albedie: ꝙ etiam trãsmutatio fiat in nõ ente: hoc est ĩpossibile: qꝛ tũc nõ ens trãsmutaret: cuꝫ omne in quo fit trãsmutatio trãsmutetur: sicut illud in quo est albedo est album: ⁊ sic pꝫ impossibilitas ꝯsequentiuꝫ: sed consequentiaꝫ non multũ declarat cõmentator: potest autem sic intelligi. si aliquod indiuiduũ est factuꝫ habet aliquã dispositionem quã prius non habebat nec simplr nec in subiecto: ꝑus eniꝫ nõ habuit esse ⁊ nunc est: ergo oportet ꝙ aliqd sit transmutatũ. detur enim nihil in mundo sit variatum: omnia igitur se habent vt prius: ⁊ sic sicut prius nõ fuit ens. sic nunc non est ens: ⁊ sic est ens: ⁊ nõ ens: quod est oppositũ prime dignitatis. Si aũt aliquid ẽ transmutatum: aut igitur est transmutatũ sine trãsmutatione: ⁊ sic habet ꝓmuꝫ ĩpossibile: aut est transmutatũ transmutatione: ⁊ tunc aut illa trãsmutatio recipit in nõ ente simpliciter. ⁊ sic habet scdm ĩpossibile aut recipit i aliquo ente: ⁊ sic illud qd fit per illaꝫ transmutationem non fit ex oĩo non ente. i. post oĩo nõ ens: cuius oppositũ dicebatur: ⁊ hꝫ quideꝫ ratio ẽ multuꝫ fortis quãtũ ad istã cõclusionẽ: ꝙ nihil põt fieri ex puro nõ ente: semper ergo oportet aliqd subici ei qd fit. ¶ Sꝫ notandum ẽ sicꝫ dicit cõmẽtator ibidẽ ꝙ duplex est transmutatio. s. accidentalis ⁊ subãlis: ⁊ iste ꝯueniũt in multis: sicut ipe colligit in ꝑmo tractatu de subã orbis. differunt tñ in hꝫ: qꝛ in transmutatiõe accñtali nõ mutatur nomẽ nec diffinitio rei circa quã fit: vt si sortes transmutat de albedine in nigridinem manet nomen ⁊ diffinitio soz. in tali trãsmutatiõe. ⁊ fieri subicit ens actu ⁊ vnuꝫ numero simpliciter sub vtroqꝫ termino transmutatiõis. In transmutatione vero substantiali mutatur nomen. i. res nominata ⁊ diffinitio: vt si animal morit ⁊ generatur cadauer: nõ remanet animal nec diffinitio aĩalis. similiter autẽ si cadauer resoluit ad terrestreitatẽ: i hmõi trãsmutatione. oportet subici aliquod subiectum qd non sit ex ens in actu. cuꝫ enim subiectum transmutatiõis debeat manere vnũ numero sub vtroqꝫ termino. ⁊ co ꝙ vnus terminorum non recipit alterum cum sint oppositi. tunc si subiectum esset de se ens actu simpliciter tunc maneret vtroqꝫ vnũ numero ens actu simplr. ⁊ sic cũ nomen ⁊ diffinitio sumãt ab actu: maneret idẽ nomẽ ⁊ diffinitio eadẽ: ⁊ sic nõ esset transmutatio substãtialis. ¶ Utrꝫ aũt i aliqua trãsmutatiõe possit manere aliq forma subãlis vna nũero: vt forma corpis aut subẽ que tñ forma nõ sit ẽentie: nec de essentia materie ꝑme: ad presens nõ determino: sed alias videbit deo volente. ⁊ hec qͥdem est sententia Aristo. ⁊ cõmentatoris de ista questiõe. ¶ Tenẽdũ est tñ simplr ⁊ cũ fide christiana ꝙ ipe deus ꝓduxit omnia de nouo ex nihilo ꝑexistente subiecto. sed illa ꝓductio nõ fuit facti nec fieri nisi equiuoce: quãtũcũqꝫ terminus eius fuerit vniuocus cũ termino factiõis nãlis: sed dicitur creatio ⁊ simplex emanatio. Hũc igitur modũ ignorauerunt pħi gentiles nec miruꝫ: qꝛ nõ potest cognosci ex sensibilibus nec conuinci ex aliquibus que cuꝫ sensibilibus concordant. ⁊ ideo illi qui sumpserunt cognitiones suas ex rõnibus cõcordantibus sensatis nõ ꝑuenerunt ad notitiam hmõi factionis: ꝑcipue qꝛ raro ꝯtigit ista modus. ⁊ nunꝙ fuit nisi semel. ⁊ est valde longũ tẽpus preteritũ postꝙ fuit. Illi aũt qui istuꝫ modũ ꝓductionis cognoscunt dicunt per aliaꝫ viã cognoscere. s. p auctoritates sanctoꝝ: ⁊ p reuelatiões ⁊ hmõi. Per illã aũt distinctionẽ productionis que facta est soluunt argumenta Aristo. ⁊ Auerrois. Probant eniꝫ sufficiẽter ꝙ ex nihilo simplr nõ possit aliquid ꝓduci ꝓductione que est motus ⁊ transmutatio nãlis. sed ꝓductione que est creatio ⁊ supernaturalis bene potest. Et si dicas nõne terra creata est eiusdeꝫ speciei cũ terra genrata: dõꝫ ꝙ sic: ergo productio ẽ eiusdẽ speciei ⁊ nõ equiuoce. diceret ꝙ nõ sequit quia agens qd creat est alterius ordinis ab eo qui generat. ⁊ ideo productiões sunt diuerse.

Aristo. autem ⁊ Auerrois soluerẽt rõnes q̃ sũt ꝯ coꝝ sentẽtiã. ¶ Ad primã. cuꝫ dicebat agens omnipotens ⁊c. dico p īterẽptionẽ. nam agens nõ dicit omnipotens nisi oĩpotẽtis actiua. ⁊ potentia actiua nõ est sine potẽtia passiua. Unũ agens omnipotens nõ est potens nisi possibiliũ: ⁊ potẽtia passiua. nunc aũt ex nihilo simplr fieri aliquid nõ est ĩ numero possibiliũ potẽtia passiua ⁊c. ¶ Ad secũdã neganda est maior: nõ enim est ex diminutione agentis ꝙ non facit ĩpossibile: sed dicere ipsuꝫ agẽs facere ĩpossibile fieri est error ⁊ deceptio: vt dicit ꝯmẽ. in. 8. huius: nunc autem facere aliqd oĩo ex nihilo est impossibile facere impossibile fieri: vt pꝫ ex dictis: ⁊ sustentant ipsi super hoc ꝙ vnũ oppositoꝝ nõ ĩtelligit fieri ex altero nisi per accidens: vt albũ ex nigro: similiter aũt ⁊ ĩ aliĳs. Cum ẽ nõ ens opponat enti nõ fit ens ex non ente nisi per accidens. semper aũt per accidens reducit ad p se aliquo modo. ideo opꝫ aliqd ens subici ex quo fiat qd fit. ¶ Ad tertiã neganda est ꝯsequentia. ⁊ cũ dicit. si aliqd fit ⁊c. dica ꝙ si aliq substãtia fiat: illa fiet ex subiecto ꝑexistente in potentia: ⁊ cuꝫ dicit. queretur de illo subiecto ex quo fit: aut ex aliquo aut ex nihilo ⁊c. dico hic ꝙ tu supponis vnũ falsuꝫ ĩpossibile. s. ꝙ primõ subiectum ex quo per se aliquid fit sint de nouo. hoc autem est ĩpossibile vt demõstratũ ẽ in pͦ ⁊ declarabit in sequentibꝰ. Nõ igit ꝓcederet in ĩfinitũ in causis nãlibꝰ p se ordinatis. sed ꝑueniret ad vnã ꝑmã maꝫ que tñ erit ingenerabilis ⁊ ĩcorruptibilis. ¶ Ad quartũ dõꝫ. ꝙ quãto agẽs est nobilius tãto pauciora ꝓsupponit ꝑora agẽtis. Unũ agens nobilissimũ nullũ agẽs ꝓsupponit. Sꝫ nõ quãto agẽs ẽ nobilissimũ tãto pauciora ꝓsupponit in pte subiecti: qꝛ tũc sequeret ꝙ cũ q̃libet ĩtelligentia sit nobilior nã mã: qꝛ minꝰ ꝓsupponeret ꝙ maꝫ: ⁊ sic nihil ꝓsupponeret. Et vlterius cũ ꝑmũ ꝑncipiuꝫ sit nobilius q̃libet

Coñ. 4

T. c. 8

alijs intelligentia: sequitur ꝗ minꝰ presupponit ꝗ̄ nihil. quod est ridiculum. ꝛ ideo nõ valet illa rõ. ¶ Ad quintam pꝫ dici ꝗ si sit virtutis īfinite in vigore: bene verū est ꝗ potest ꝛc̃. sed si est virtutis infinite sm̃ durationē nõ oꝫ. sic aūt est in ꝓposito. nullū enim mouens est vtutis īfinite sm̃ vigorem vt videbiẗ in. 8. sed bene est virtutis īfinite sm̃ durationem. ¶ Ad sextam cū dicit. aut ex ente ꝛc̃. dõꝫ sm̃ Aristo. in littera ꝗ aliquid fieri ex ente potest itelligi dupliciter. Uno enī mõ ex ente sꝫ ꝗ ens. Alio mõ ex ente nõ sm̃ ꝗ ens: sed aliquo alio modo. Similiter aūt ex nõ ente: quēadmodū medicꝰ aliq̄s potest itelligi dupliciter. vno mõ sꝫ ꝗ medicus. Aliõ nõ sm̃ ꝗ medicꝰ sed sm̃ ꝗ edificator. ꝛ licet esset ꝑ accidēs. Modo dõꝫ ꝗ illud quod fit simpliciter bene fit ex ente actu. sꝫ nõ sm̃ ꝗ est ens actu ꝑ se. sꝫ sm̃ aliū modū. Similiter id quod fit simplr̃ bene fit ex aliquo quod nõ est id quod fit. sed nõ sꝫ ꝗ nõ est id nec per se sed alio mõ ꝛ per accidens. vbi gr̃a. si aer debet generari simplr̃. opꝫ bñ ꝗ ipse fiat ex aliquo ente actu: sed nõ fiet ex aliquo ente actu sm̃ ꝗ ens actu per se. vtputa ex aq̄: quia tūc simul remaneret aq̄ ꝛ aer. ꝛ simpliciter: sꝫ neq; fiet ex aqua sꝫ ꝗ aqua est nõ aer ꝛ per se: qꝛ tūc remaneret nõ aer in aere facto: quod ē īpossibile. Fit ergo quod fit ex ente in actu: per accidēs tñ: ꝛ similr̃ ex nõ ente: quod. s. est nõ ens illud quod fit. Et istā distinctiōez ignorantes antiq̄ errauerūt circa generationē dicentes generationē simplr̃ nõ esse: quia putauerunt si q̄d fieret ex ente actu ꝗ fieret ex ipso sm̃ ꝗ est ens actu ꝛ per se. Similr̃ aūt si fieret ex nõ ente ꝗ fieret ex non ente sm̃ ꝗ nõ ens ꝛ per se. hec aūt nõ sunt necessaria: sed per accidēs aliquo mõ fit aliquid ex vtroq;. Sꝫ tūc restat dicere vlterius ex quo fit ꝑ se quod fit. Et Aristo. dicit ꝗ ente in potentia ad ipsum: vt si ex aqua generaẗ aer. opꝫ ī ae re esse aliquod ens quod fit in potētia ad aquā: similr̃ aūt ꝛ in alijs. Sed illi ēt nõ distinxerūt iter ens actu ꝛ ens in potentia: ꝛ ideo peccauerunt. ¶ Ad septimā cū dicebaẗ: sicut generatio quedam ꝛc̃. dico ꝗ ens simpliciter põt dicere duo. Uno mõ nõ ens vlr̃: ꝛ sic nõ tenet similitudo: qꝛ nõ ens quodā põt habere potētiā ad ens quodā: sed non ens vlr̃ nullā potentiā põt hēre. Alio mõ non ens simplr̃ põt intelligi nõ ens ꝑncipalr̃. s. non ens actu: ꝛ hoc mõ bñ generaẗ ex non ente simpliciter. i. ex nõ ente actu: ente tamen potentia: ꝛ sic soluit Aristo. in p̄io de generatione. quare non valet.

T.cõ.ii.

¶ Manifestum igitur ꝗ si quidem cause sunt ꝛ principia eorum que natura sunt ex quibus primis sunt ꝛ fiunt nõ sm̃ accidens ꝛc̃. Textu com. LXV

Questio. XXIII.

Ueritur hic verū ꝑuatio sit ꝑncipium rerū nālium. Et hꝫ etiā hec questio locum in caᵒ. ꝑcedente. Si igiẗ non diceamus. sed magis ꝓpue hic vt puto. ¶ Arguitur pᵒ ꝗ nõ: qꝛ illud quod est per se nõ ens non est principium entiū cū cā rei sit dignior causato. sed ipsa ꝑuatio ē per se nõ ens sꝫ Aristo. in littera. ergo ꝛc̃. ¶ Itez 2ᵒ ipsa nõ est ꝑncipiū vt causa materialis: quia mā recipit ꝑncipiū vt formā z facti. ꝛ ꝑuatio nõ recipit ꝑncipiū vt formam facti cū ipsa opponaẗ ei ꝛ vnū z oppositoꝝ nõ recipit alterū: nec est causa formalis ipsius rei nālis: qꝛ ipsa ꝑuatio nõ dat esse ipsi rei nāli. nec est cā agēs: qꝛ oē agēs ē mouēs. ꝑuatio aūt nõ ē mouēs. sꝫ p̄. cꝰ ... bet spēs aliq̄ mouēs. z. hᵒ. nec etiā est cā finalis rei naturalis: qꝛ finis ꝛ bonum sunt idez. sꝫ 2ᵒ ethicoꝝ. ꝑuatio aūt nõ est bonū q̄d. imo magis ad malū. ergo nullo mõ est cā rei nālis nec per ꝯñs ꝑncipiū vt videẗ.

T.c.8.

¶ Itē. 3. magis videẗ ꝗ potētia mãe sit ꝑñᵐ reꝝ nālium ꝗ̄ ꝑuatio. ipsa enim potētia mãe est per se ens ꝛ ꝑcedit generatū ꝛ necessario reqriẗ ad fieri rei naturalis: ꝑuatio aūt ē per se nõ ens. ꝛ tñ ipsa potētia nõ ponitur ab Aristo. esse vnū ꝑncipiū rerum nālium. ergo ꝛc̃. ¶ Item 4. si ꝑuatio esset ꝑncipium rerum nāliū: aut esset ꝑncipium per se: aut per accidēs. hec diuisio sufficiens est. sꝫ nõ est ꝑncipium per se vt omnes concedunt: qꝛ ipsa est per se nõ ens: nec per accidens. ꝓbatio: quia per accn̄s cōtingit non esse vt pꝫ. 10. metaphy. ꝛ. 8. huiꝰ. ꝛ p̄mo posteriorū: sed ipsam ꝑuatiōez nõ ꝯtingit nõ esse ꝑncipiū ipsius fieri dū est ipsiꝰ fieri vt manifestū est cuilibet intelligēti. ergo ꝛc̃. ¶ Itez. 5. illud quod nõ ē ꝑncipiū cognoscendi nõ est ꝑncipiū essendi vt pꝫ ex. 2. metaphy. sed ꝑuatio non est principium cognoscendi: cum sit posteriꝰ nota: vt omnes concedunt.

T.c.26.
T.cõ.36
T.cõ.4

Oppositum arguiẗ auctoritate Aristo. ī lr̃a ꝛ cōmētatoris. ꝛ rōnibꝰ. qꝛ ꝑncipia substātiarū nāliū debēt esse ꝯtraria vt ꝑus ostēsū fuit: ꝛ in hoc ꝯcordauerūt oēs antiq̄ ipsa vitate coacti. sed nõ possunt esse cōtraria nisi cōtrarietate ꝑuatōisꝰ ꝛ habitus vt dictuz est ꝑus. ergo ꝛc̃. ¶ Item si ex homine imusico fiet musicus: aut fieri musicū attribueẗ homini imusico sm̃ ꝗ hõ: aut sm̃ ꝗ imusicus: si sm̃ ꝗ homo hõ nõ stat: qꝛ tūc ois hõ fieret musicꝰ quod est falsū: si sꝫ ꝗ ē imusicꝰ: tūc cū imusicū sit ꝑuatio musici: ipsiꝰ fieri attribueẗ ꝑuationi: ꝛ sic priuatio est ꝑncipiū rei nālis.

Ad questionē est itelligendū ꝗ sicut cōmuniter dr̃. ꝛ bñ res nāles possunt accipi dupliciter. Uno mõ quātū ad fieri. Alio mõ quātū ad factū esse: ꝛ propter illos in quibus philosophia oritur de nouo dico ꝗ per fieri rei naturalis est itelligendus motus precedens ipsam rem naturalem ꝛ tendens ad ipsaz formā extrahendaz de potentia subiecti. Uerbi gratia. cum ignis ex combustibilibus generat ignem precedit quedā alteratio in ipsis lignis. s. quia calefiunt: ꝛ sic calefiunt ꝛ disponiẗ ꝛ ꝑparaẗ mā lignoꝝ ad formaz ignis recipiendā: tandez aūt mā sufficienter disposita. s. calefacta ꝛ exiccata ignis generās educit formam ignis de mā lignoꝝ: in qua ꝑexistebat nõ actu sed potentia. talis igiẗ motus seu transmutatio ꝑcedens cē rei nālis intēdens ad ipsam formaz diciẗ fieri rei nālis. Sed factū esse est ipꝫ eē rei nālis: quod terminat hmōi motū: vel q̄ adueniēte vel habito cessat motꝰ ꝛ nõ amplꝰ fit res. ¶ Sed est iam vlterius cōsiderandū ꝗ ꝑncipiū ꝛ causa diciẗ dupliciter. Uno mõ diciẗ causa ꝑ se. Alio mõ causa per accn̄s quantū spectat ad propositum. Et iterū causa per accidens potest itelligi dupliciter. Uno mõ pure ꝛ oino per accidens. pūt per accidens oino distinguiẗ cōtra per se. Alio modo diciẗ per accidens sm̃ ꝗ per accidens distinguiẗ ꝯtra ꝑmo ꝛ ꝑncipalr̃. ¶ Itē cōsiderandum ꝗ licet ꝑncipium diciẗ multipliciter vt pꝫ i. 5. metaphy. caplo de ꝑncipio. tñ nõ est multū rōnabile istam questionē itelligi nisi de ꝑncipio quod est causa: nõ enim est satis ꝯueniens querere an ipsa ꝑuatio sit ꝑncipium reꝝ nāliū capiēdo ꝑncipiū pūt est ꝑncipium magnitudinis: quod est ꝑmū significatū ꝑncipij positū ibidē. Cōstat enī ꝗ ipsa ꝑuatio nõ sic ē ꝑncipiū reꝝ nāliū. Nā hmōi ꝑncipium magnitudinis ē pūctꝰ aut pars ꝑo magnitudinis. Et manifestū est ipsaz ꝑuationez forme nālis nõ esse pūctū neq; p̄mā partē magnitudinis. imo magis reduciẗ ad p̄mū modū ꝑncipij. quia illud dicitur ꝑncipiū ꝑmo mõ vñ aliq̄d ꝑmo moueẗ ad aliquē terminum sibi oppositum. vt pꝫ cum dicit. ex opposito autem alterum. in. 5. metaphy. Nec est dicendum ꝗ reducitur

T.cõ.i.
T.cõ.i.

ad secundum modum pncipij. quia pncipium. 2. modo est illud a quo pluribꝰ datis principijs facilius aliquid potest fieri: sicut significat Aristo. vt in docedo debemꝰ incipere a facilioribus ipsi discipulando licet posse fieri hoc incipiendo a difficilioribꝰ. sed nõ ita bene: mõ fieri rei nãlis nõ põt habere pncipiũ a quo sicut terminus nisi suum oppositũ qd est puatio. ¶ Item pricipiuz isto 2. mõ oz eẽ aliqd positiuũ: sic pricipia doctrine sunt ipsa magis nota nobis: vt expositores cõcordãt. ꝛ aliũ ignorantia eẽt optimũ pricipiũ doctrine qd nullus diceret. qz tunc doctoꝛ pzio deberet ducere ignorantiam in ipo discipulo. Reliquitur ergo vt videtur qꝫ ad pzimum modum reducat: potest tñ ipsa puatio inquãtũ ẽ terminus a quo ipsius fieri reduci aliq mõ ad secũdũ significatum pricipij qd est illud: vñ vnũqdqz fiet optime. Nã ab ipsa puatiõe aliq mõ optie fieri icipit rei nãlis vt a termino a quo: licet nõ sit illud vñ icipit vt ab agente. ¶ Itẽ nõ queritur a puatio sit pncipium rerũ nãlium accipiendo ipsum pricipiũ ꝓ pria pte quãtitatiua inexistẽte ex qua aliqd fit: vt pꝰps nauis est sedile: qz certũ est qꝫ ipsa priuatio nõ est pria pars qtitatiua rei nãlis ex q̃ inexistere fiet res nãlis. ¶ Amplꝰ nõ est rõnabile querere an ipsa puatio sit pricipiũ rei nãlis accipiẽdo pricipiũ rez nãliũ ꝓ suppositiõe vl ꝓpositiõe p se nota: qd est aliud significatũ pricipij ibi positũ. notũ eni est qꝫ hoc nõ est veruz. Uñ oĩbus his significatis ꝑtermissis remanet significatum pricipij: qd est causa: ꝛ de isto queritur. Sed ꝛ causa multipliciter dicit. Uno mõ dicit causa mã. Alio mõ forma. Alio mõ efficiens vel agens Alio modo finis. vt pz in. 2. huiꝰ. Modo nõ ẽ multũ dubiũ: vtrũ puatio sit pricipiuz rerũ nãliũ sicut causa finalis. Certum enim est qꝫ nõ tñ per eẽ ipsius vel gratia ipsius puatiõis res nãles nec habent esse nec fieri nec opari. Nec ẽ dubium an sit causa efficiens. mãifestũ eni est qꝫ non: cũ efficiens agat per formã suam in ipsaz formã generati: puatio aũt nõ ꝓducit formaz cui opponit vt euidens est. Nec est dubiũ an priuatio sit principiũ: qd est sicut causa formalis rei naturalis: qz planũ est ipsaz nõ dare eẽ rei naturali cuiꝰ est priuatio. Relinquitur ẽ questio an priuatio sit pricipiũ rei naturalis sicut subiectũ vel sicut mã ꝛ hꝫ aliqualiter videt dubiũ. Deinde premitto qꝫ dupliciter aliqd est subiectum aut principiũ subiectiuum respectu alicuiꝰ recepti. Uno modo p se ꝛ pricipaliter vt substantia respectu accidentiũ. Alio dispositiue vt soꝑficies respectu coloris dẽ subm. siũr aũt ꝛ in alijs similibꝰ mltis.

T.c.28. T.c.29.

Tunc dico ad questionẽ quatuoꝛ. Pzio dico qꝫ priuatio nõ pot eẽ pricipiũ rei naturalis ꝓprie q̃tũ ad factũ eẽ. 2. dico qꝫ ipsa non pot eẽ principiũ rei nãlis q̃tum ad fieri pure per accidens: ita qꝫ nullo mõ per se. 3. dico qꝫ ipsa nõ est per se pricipium subiectiuũ principale respectu ipsius fieri. 4. dico qꝫ est per se priᵐ tanqꝫ subiectiuũ dispositum vl dispositio subiecti. ¶ Primũ sic pz: qz illud qd nõ remanet re factã nõ est pricipium intrinsecũ ipsius rei quantũ ad factum esse: hec est manifesta. quia principiũ itrinsecum vult remanere in ipso eẽ rei cuiꝰ est pricipiũ intrinsecũ: sed ipsa priuatio que ꝑcessit formaz in mã: nõ remanet in re facta. imo deficit adueniente forma vt notum est cuilibet intelligẽti. q̃re ꝛc. verũ tñ est qꝫ semp in mã tũ ipsa ẽ sub aliq forma: est priuatio alteriꝰ forme opposite: sꝫ nõ ꝓpter hoc ẽ dõm qꝫ priuatio sit p se principiũ intrinsecum rei facte. qz nõ est aliq pars ipsiꝰ rei. s. nec mã nec forma nec est prioꝛ ipo eẽ rei facte: imo posterioꝛ oĩno: ꝯsequit enim formaz illã aliãs oppositã. ¶ Scdz ꝯclarat: quia sicut dicebatur prius in questiõe de ꝯsubilitate subistã-

tie mãlis: nullum ens pure per accidens cõueniẽs alicui inest ei necessario. ꝛ hoc declaratuz fuit auctoritatibus Aristo. in. 10. metaphy. ꝛ in. 8. huius. ꝛ pzio posterioꝝ ꝛ in. 5. metaphy. caplo de eodẽ. ꝛ capitulo ꝺ accidente. sed ipsa priuatio ꝑcedens formaz in mã necessario ẽ principiũ rei nãlis q̃tũ ad fieri: vt oẽs cõcedũt ꝛ capit ab Aristo. ꝛ cõmentatoꝛe: ẽ ipsa nõ pt eẽ hmõi pncipium per accidens oĩno: ita qꝫ nullo mõ per se.

T.c.26. T.c.36. T.c.35.

¶ Sed circa hoc querũt duo. Primo querit. q̃re. Aris. dixit ipsaz esse pncipiũ per accidens. magis qꝫ per se: cũ ipsa aliquo mõ sit pncipiũ per se. ¶ 2ᵒ. querit i quo mõ per se ipsa priuatio sit principiũ ipsiꝰ fieri rei naturalis. Ad primũ posset dici qꝫ Aristo. ꝓ tanto dixit eam esse principiuz per accidens quia voluit ostendere diuersitatem eius a mã siue subiecto: eo qꝫ in hoc visus fuit plato errare: qz materiã ꝛ puationẽ non distinxit: vt habetur in littera. magis aũt pz diuersitas mãe a priuatiõe ponendo eam esse pricipiũ per accidẽs qꝫ pricipiũ per se: eo qꝫ ipsa mã nullatenus ẽ pricipiũ ꝑ accidens: sed solum per se. ¶ Ad scdm videbit circa quartam ꝯclusionem. ¶ Tertiuz ostendit qz illud qd est pricipale ꝛ per se pnᵐ subm ipsius fieri est ipsa pma mã: sicut pz per phm in littera. Dico aũt primũ subiectum ex quo fit aliquid pmũ tñ insit: sꝫ ipsa priuatio non ẽ idem essentialr cũ pria mã: vt oẽs ꝯcedunt: ꝛ probat Aristo. in littera. ¶ Item p se ꝛ principale subiectum fieri est in potentia ad terminũ ad quẽ: ꝛ iformabile termino ad quẽ ordinat fieri: sicut est videre in artificialibus. Naz subiectuz fieri domus. s. lapides laterea ꝛ ligna est iformabile forma domus: ꝛ prius est in potẽtia ad eaz: similiter autez ꝛ in alijs: sed priuatio ꝑcedens formã in mã non ẽ i potentia receptiua ad terminũ ipsiꝰ fieri nec informabilis ipso. Unũ. n. oppositoꝝ nõ ẽ receptiuũ alteriꝰ: nec iformabile ab altero: imo est destructiuũ aut ꝺstructio ipsius. quare. ¶ Itez primũ ꝛ per se subiectum ipsius fieri subicitur ipsi forme fieri terminato: hoc ẽ euidẽs de se. Sꝫ priuatio nõ subicit ipsi forme fieri terminato: imo amouet priuatio q̃ i fieri ꝑcedebat vt notũ ẽ. ¶ Quartũ declarat. illud qd ꝑcedit ipm fieri rei naturalis: ꝛ est necessario ꝯiunctum pricipali ꝛ per se principio subiectiuo ipsius fieri ẽ principiũ dispositiuũ ipsius fieri. hec recipit pro manifesta ab oĩbus itelligentibꝰ: sꝫ ipsa puatio ẽ hmõi. nã anteqꝫ mã subiciat alicui fieri alicuiꝰ rei nãlis: opz ipsã carere ꝛ priuatã esse omni forma tali vt dictum fuit prius ꝛ qꝫ diu mã trãsmutat ad formam saciẽ: necẽio habet priuationẽ annexaz: si enim hẽret illaz formã non ampliꝰ moueret ad eam: vñ dicit Aristo. in pzio de generatione: qꝫ hitibꝰ ꝑsentibꝰ i mã nõ amplius generat aliqd: sed iam est. quare ꝛc. Cum igit priuatio sit necessario pricipiũ dispositiuũ q̃tum ad fieri ꝛ non ẽ pure per accidens: relinquit qꝫ per se. pz ergo 4ᵐ. s. qꝫ puatio ẽ p se principiũ subm dispositiuũ q̃tũ ad fieri.

T.c.55.

¶ Sꝫ dubitabis hic. pᵒ i quo mõ ꝑdicatoꝝ per se sit ista ꝓpositio: priuatio est principiũ dispositiuũ ad ipm fieri. ¶ 2ᵒ. qz sꝫ hec ipsa priuatio deberet poni in diffinitiõe ipsius fieri: qd nõ videt eẽ veꝝ. ¶ Ad pᵐ posset dici qꝫ hoc est in 2ᵒ mõ ꝑdicatoꝝ per se. Nã esse pricipiũ dispositiuũ ipsius fieri est quoddã per se accidẽs priuationis: quẽadmodũ dicimꝰ risibilitas hoĩs. Item aliquis diceret: qꝫ est in primo mõ per se: nam esse pncipium fieri est causa finalis ꝓpinqua ipsiꝰ priuatiõis ꝑexistẽtis in mã. ¶ Ad hoc enim videt ordinari priuatio i mã: ꝛ huius gratia esse vt sit aliquo mõ principiũ rei naturalis q̃tũ ad fieri: modo omnis talis ꝓpositio est in primo modo dicendi per scdm qua causa predicat ꝺ causato in recto-

vel in obliquo. vt dicit lincoñ. super primo posterioꝝ. ¶ Ad aliud dicūt aliq̄ ⁊ ꝓbabiliter vt mihi vi᷑ q̄ ipsa priuatio includi᷑ in diffinitiōe ipsius fieri. Nam fieri est motus p̄cedens formam in mā ⁊ tendens ad ipsam formā. motus aūt est actus entis in potētia. s. ad terminū motus. potētia aūt ad terminū motus que est diffinitio ipsius motus est carētia forme cū aptitudine ad eam: ⁊ hmōi carētia ē ipsa priuatio: ⁊ sic in diffinitiōe mot⁹ īclu di᷑ priuatio: vt pꝫ resoluēti ptē diffinitionis: ⁊ per ꝯñs in diffinitiōe ipsius fieri qḋ realiter est idē cū illo motu: nō enim solum illud dici᷑ poni in diffinitiōe qḋ in ea exprimi᷑ nomīe ꝓprio. sed qḋ in ea implica᷑. ⁊ poni᷑ ī diffinitiōe alicuius diffinientiū vt dicūt logici. Sed dices. si in diffinitiōe motus ⁊ fieri poni᷑ priuatio cū mot⁹ sit idē eēntialiter cū termino ad quē: sequi᷑: q̄ priuatio ponat ī diffinitiōe termini ad quē. s. forme ad quā ordinat fieri: ⁊ hoc est falsum. Potest dici q̄ mot⁹ ꝓ forma fluente bene est idē aliq̄liter cū termino ad quē vadit fieri tñ ab eo differt sicut īperfectū a perfecto ⁊ diminutū a cōpleto. ⁊ ideo nō sequi᷑ q̄ illud idem qḋ poni᷑ in diffinitione motus sit etiā in diffinitione termini ad quem. Aliter pōt dici q̄ priuatio est ī diffinitione mot⁹ capiendo motū ꝓ fluxu forme: ⁊ isto modo nō est idē essentialiter cū termio ad quē vt in. 3°. hui⁹ ōndet. Uel possum⁹ dicere breuius q̄ ipꝫ fieri nihil aliud ē nisi trāsmutatio subiecti p̄uati aliqua for⁹ ad illā formā: ⁊ h̄ dicto hētur plene ex intentiōe Aris. ⁊ ꝯmētatoris. Aliter diceret aliquis ad priorē dubitationem q̄ licet priuatio per se sit principiū ipsius fieri tanq̄ subiectū dispositiuū: quia tñ nō est per se principale pricipiū eius: io nō opꝫ q̄ ponat ī diffōne ipsi⁹ motus aut fieri. Sed hoc nō ē tutū: qꝛ similr po⁹ nō ē pricipale subm mot⁹: ⁊ tñ poni᷑ ī diffōne ei⁹: ⁊ sic pꝫ ad questionē. ¶ Est aūt diligenter ꝯsiderandum q̄ ista q̄stio solet moueri sub alia forma sic. vtꝝ ex priuatiōe fiat aliqḋ per se. Et adhuc alio mō. vtꝝ fieri musice per se attribuendū sit immusice p̄cedenti. Et p̄mum q̄dē modus per q̄rendi tunc vult habere talē distinctionem: q̄ ly ex. potest dicere circūstantiā cause māle. vel pōt dicere circūstantiā ordinis: vt sit sensus ex priuatione aliqḋ fieri. i. post p̄uationē. Et si itelligi᷑ p̄mo mō pꝫ q̄d sit respondēdū. sic enim qḋ fit: fit ex priuatiōe per se tanq̄ ex causa māli dispositiua: nō aūt pricipali. Si aūt itelliga᷑ 2° modo sic potest bene dici q̄ ex priuatione p se fit aliqḋ. i. post eam: nā ex eo qḋ est terminus ex quo ipsius fieri. potest dici aliquid fieri ex priuatiōe tali modo. i. post illud. Sed ipsa priuatio est terminus a q̄ ipsi⁹ fieri vt cōcedi᷑ cū ab ipsa incipiat ipsū fieri. quare ⁊c. ¶ Si aūt queri᷑ fm aliū moduꝫ sic pōt dici fm distinctiōeꝫ supra positā. s. q̄ fieri musice attribui᷑ imusice nō tanq̄ pricipali subiecto: sed tanq̄ dispositiuo. Et sic pꝫ v̄itas istius questionis: q̄ in multis ⁊ diuersis ōpermis inueni᷑ multū diminute ⁊ trūcate tradita.

Ad priores

rōes. Ad primā dici᷑ q̄ nō ens nō ē pricipiū entis p se sꝫ p accidēs bene: ⁊ sic est in ꝓposito. qḋ si intelligi᷑ est per accidens oīno sic q̄ nullo mō per se: dico q̄ hoc est falsum ⁊ īpossibile: nullum. n. necessariū naliter ⁊ oīno est oīno per accidens: vt euidenter ostensū fuit p̄us. similiter in q̄ōne de generatiōe forme ⁊ alias refirmetur: sꝫ si intelligatur per accidens fm q̄ distingui᷑ ꝯ primū ⁊ pricipaliter: sic est veꝝ. tūc dōꝫ q̄ q̄ nō ens nō est p̄ncipale pricipiū per se entis: tñ aliqḋ nō ens pōt esse p̄ncipiū dispositiuū ad aliquod ens p̄se ad ens diminutū ⁊ iperfectū sicut est ipsum fieri: sicut nō substātia vel accidēs nō est p̄ncipale principiū per se substātie: tñ potest esse principiū dispositiuū ad substātiā per se vt oēs cōcedūt: quare ⁊c. Aliter dicūt quidā ad primā rōneꝫ q̄ lꝫ priuatio nō sit ens positiuū extra aīam. tñ nō sequi᷑ q̄ nullo modo sit ens: qꝛ ens dici᷑ etiam de negationibus ⁊ p̄uationibus ⁊ corruptionibus entiuꝫ positiuoꝝ: vt Aristo. dicit in 4° metaphy. ¶ Ad secūdā pꝫ ex dictis. ē enī priuatio pricipiū in genere cāe mālis dispositiue: ⁊ hoc est esse cām materialeꝫ quodāmodo posteriorē: ⁊ nō oīno primā. ¶ Ad tertiā pōt dici q̄ potētia māe bene ē aliq̄ modo principiū ipsius fieri. sed illud cōp̄rehendi᷑ ī mā seu subiecto: ⁊ similr dimensio que est necessaria ad fieri: ita q̄ cū dici᷑ subiectū seu mā est pricipiū ipsius fieri ītelligi᷑ per hoc totū cōpositū ex substantia corporali ⁊ potentia: vnde ⁊ subiectū describi᷑ per ens in potentia. Sed q̄re Aristo. nō distinxit inter subām subiecti ⁊ potentiam ⁊ dimensionē sicut inter subām subiecti ⁊ priuationē. q̄ratur causa huius in q̄ōne de numero principaliū naturaliū. ¶ Ad quartā dōm q̄ priuatio ē pricipiū aliquo modo per accidens ꝑut per accidens distingui᷑ cōtra principaliter ⁊ prio: nō tñ sic ē p accidēs q̄ nullo modo est per se. Et tu dices. accidēs contigit non esse. veꝝ est accidēs rarissimū ⁊ indeterminatū qḋ nec ē nec semp nec fm magis: nec vt in plurib⁹: vt dicit Aristo. in 5. metaphy. caplo. de accidēte. Sed accñs necessariuꝫ ⁊ determinatū nō ꝯtingit nō esse: ⁊ o ē tale dico esse aliquo mō fm se: qḋ. s. distingui᷑ ꝯ primū significatū accidens: vt plane. docet Aristo. in. 5. metaphy.

Ad rationem

in oppositū cū dicebat q̄ fieri musicum ⁊c. dr̄ cōtra q̄ hmōi fieri attribui᷑ p se homini: sꝫ ipm p se accipi᷑ dupl̄r. Uno mō ꝓprie ꝑut cadit ī ꝓpositionib⁹ demōstratiuis. Alio modo p se. i. non p aliḋ subiectū vt exēplificat Aristo. in p̄io posterioꝝ. capitulo de stātu in p̄dicatis. q̄ albū ꝯuenit homini p se ⁊ non p aliḋ subiectuꝫ: sic aūt dicitur in ꝓposito q̄ fieri musice attribui᷑ homini non p aliḋ subiectū. Aliter p̄t dici q̄ fieri musice non attribui᷑ imusice tanq̄ subiecto p se ⁊ principaliter: nec ꝓprie attribui᷑ homini fm q̄ homo. sꝫ fꝫ q̄ est in potētia ad musicā. Et tu dices ergo omnis hō in potētia existens ad musicā fieret musicus: cū vnus hō fieret musicus. Dico q̄ veꝝ est vel fm actum vel fm aptitudinē: omnis enim homo existens in potentia ad musicaꝫ vel sit actu musicus: vel ē apt⁹ natus fieri musicus nec opꝫ q̄ omnis homo existens in potentia ad musicam fiat actu musicus vno facto musico: sicut q̄uis homo sit p̄ncipale subiectū risus: non tñ oꝫ q̄ oīs hō rideat actu ridente vno. Aliter dōꝫ ⁊ meli⁹ q̄ si hō imusic⁹ fiat musicus: hmōi fieri oꝫ attribui huic enti in potentia ad hāc musicā fm q̄ est hoc ens in potentia ad musicā: singulorum enim causatoꝝ debēt assignari cause singulares vt Ari. docet in 2° huius. vñ cū hoc fieri musicū sit q̄dā singularis effectus: debet ei assignari singularis cā subiectiua: ⁊ sic nullū incōueniēs ꝯsequi᷑. ¶ Ad secundam pōt dici q̄ lꝫ priuatio nō sit pricipiū cognoscēdi habitū cui⁹ est priuatio: tñ bene pōt esse pricipium cognoscendi aliquē aliū habituꝫ: cui⁹ ipsa nō ē priuatio: q̄uis igi᷑ priuatio forme in mā nō sit principiū cognoscēdi ipaꝫ formā: tñ pōt esse pricipiū cognoscēdi ipsum fieri rei naturalis seu ipsam transmutationem p̄cedentem formam. Nec est incōueniēs q̄ priuatio alicuius habi⁹ sit notior aliquo mō aliquo alio habitu: vt plane docet ꝯmētator in 8° huius. caplo. Monentiū igi᷑ ⁊ eoꝝ q̄ mouētur: vbi ostendit causam. quare Aristo. describit illud qḋ mouetur per se per illud qḋ mouetur per accidens. Et tu videas ꝯmentū ibi ⁊ alibi si vis itelligere recte p̄hiā Ari.

T. cō. 4

T. c. 35.

T. cō. 35

T. c. 38.

T. c. 27.

℃ Subiecta quidem est natura scibilis. est sm̄ analogiam: sicut enim ad statuam es: aut ad lectulum lignum aut aliorum aliquod habentiū formā in materia ꝛ informe se habet priusq̄ʒ accipiat formam: sic ipsa se ad substantiam hʒ ꝛc̄.

Tex.com̄. LXIX. Questio. XXIIII.

Ueritur hic vtꝝ mā p̄ᵃ sit vna nūero i oībꝰ generabilibꝰ ꝛ corruptibilibus. ℃ Arguit̄ primo q̄ nō: q2 vnū numero nō potest esse sil' in diuersis numero: q2 tūc posset eē vnuʒ numero ꝛ plura numero: ꝛ sic eēt vnū ꝛ nō vnuʒ: qḋ ē ipossibile: sed ipsa generabilia sunt plura numero: vt manifestum est ad sensum. q̄re ꝛc̄. ℃ Item 2° si sic eēt: tūc oīuʒ generabiliū eēt vna forma: cū i vna mā nō sit nisi vna forma nūero vel saltē specifica: sed ɔn̄s est falsuʒ ꝛ ipossibile: q2 tūc oīa nālia generabilia ꝛ corruptibilia essent vnius ꝛ eiusdē speciei: qḋ est ipossibile. ℃ Itē 3° aut esset vna sm̄ essentiā aut sm̄ eē. per sufficientē diuisionē: sed non est vna sm̄ essentiā: q2 tunc entia nan essent diuersa sm̄ essentias cum haberēt vnam cōem essentiam: nec est vna sʒ esse: q2 aliud esse hēt mā ignis ꝛ aque ꝛ hoīs ꝛ asini. q̄re ꝛc̄. ℃ Item. 4. si sic tūc q̄dlibet fieret ex quolibet: qḋ est falsuʒ: vt pʒ in p̄mo huius: ꝛ pʒ ɔn̄a: q2 illa sunt adinuicē trāsmutabilia: ꝛ vnū eoꝝ fit ex altero que ɔmunicant in vna materia: vt dr̄ i 2° de generatione. quare ꝛc̄.

T.c.34 · T.c.37. · T.cō.6. · Cō.14.

Oppositum arguit̄ auc̄te. Aristo. hic ꝛ in p̄° ꝛ in. 2. de generatiōe: ꝛ p ɔmētatorē hic: ꝛ in. 12. metaphy. Et arguit̄ rōne: q2 oīs diuersitas ꝛ pluralitas est per aliquē actū. Actus est enim qui distiguit ꝛ separat: vt cōiter accipit̄ ex. 8. metaphy. Sʒ ipsa p̄ma mā nullaʒ formā habet de se: ergo de se non ē distincta in diuersis entibus nālibꝰ: ꝛ sic relinquit̄ q̄ sit vna: q2 q̄cūq̄ʒ diuisionē nō hn̄t vt sic vnum dicuntur. 5. metaphy. cū igit̄ ipsa nō sit vna spē d̄ se: q2 species ꝛ forma idē sunt: ꝛ ipsa sm̄ q̄ mā est: nullā de se habet formā ℃ Itē nō est vna genere: q2 cuiuslibʒ generis sūt diuerse spēs: nec ēt vna sm̄ analogiā: q2 semp̄ vnuʒ analogatoꝝ est pfectiꝰ altero ꝛ p̄us. ꝛ vna p̄ma mā rei nālis nō est simplr̄ p̄or aut pfectior q̄ alia: relinqt̄ur ḡ q̄ sit vna numero: ꝛ h q̄dē rō est fortis ꝛ demōstratiua.

T.c.49 · T.cō.ii.

Ad questionē p̄itelligēdū ē q̄ mā duplex ē sʒ modū. s. mā ꝓpinq̄ ꝛ mā remota. Materia q̄dē ꝓpiqua ē materia disposita determiātis dispositionibꝰ ꝛ p̄parata vt mā calida ꝛ sicca est mā ꝓpa ignis: similr̄ aūt ꝛ in alijs. Materia remota est mā oīno p̄ma de qua supiꝰ fuit dictuʒ: qḋ de se nullaʒ formē hēt ꝓpriā sm̄ q̄ mā: neq̄ʒ priuationē ꝓpriaʒ: sed est in potētia ad oēs formas ꝛ p̄uatiōes. Et de ista q̄dē p̄ma ꝛ remota mā dixerunt aliq̄ q̄ ipsa de se nec ē vna nec plures: qḋ ꝓbauerūt ex hoc q̄ ipsa de se nec hʒ q̄titatē idiuisaʒ q̄ est p̄ncipiū vnitatis nūeralis sʒ coē: nec multas q̄ātitates distinctas a q̄bꝰ est pluralitas numeralis cum ipsa sit ens pure in potētia. Sed istud nō sufficit: q2 vnū ꝛ multa sufficiēter diuidūt ens sm̄ Aristo. in. 10. metaphy. vn̄ cū mā sit ens opʒ q̄ sit vnū vel multa: ꝛ cū ipsa de se nō sit multa q2 nō hʒ de se q̄bus distiguat̄ in mlta: remanet q̄ sit q̄d vnū: sʒ nō ē vnū spē aut genere ꝓp̄c cū nō hēat aliquā formā specificā nec generalē. ergo relinquit̄ q̄ sit vna numero. nō eni est q̄d vnū sm̄ anologiam: vt manifestū est cuilibet itelligēti: eo q̄ nō est distincta in p̄us ꝛ posterius sm̄ suā nām cuʒ sit pure potētia ens. ℃ Et iō dico aliter ꝛ dico q̄ mā ꝓpinq̄ nō est vna numera oīuʒ generabiliū ꝛ corruptibiliū: q2 si sic oīa generabilia eēnt eiusdeʒ speciei: cum in vna mā numero eodē modo disposita nō sint plures forme substantiales specifice: cōsequēs aūt est māifeste ipossibile: q2 entia nālia habēt diuersas opatiōes: ꝛ alia p se ꝓpa accidētia diuersa. ℃ Itē mā ꝓpiqua ē materia ifōrmata dispositiōibus ꝓpīs alicuius rei naturalis: vt māifestū ē: sʒ certū est q̄ dispositiōes ꝓprie vniꝰ rei nālis sunt diuerse a ꝓprijs dispositiōibus alteriꝰ: vt dispositiones ꝓprie ignis sunt calidū ꝛ siccū in sūmo. ꝛ dispositiones ꝓprie aque sunt frigidū ꝛ humidū: hec aūt sunt ɔtraria adinuiceʒ: similr̄ aūt ꝛ in alijs suo mō: semp. n. dispositiones ꝓprie vnius rei naturalis sūt ɔrie dispositionibꝰ ꝓprijs alteriꝰ rei: sic̄ extremū extremo: vt ɔtigit i simplicibꝰ corporibꝰ q̄ sunt ɔria sibiūicē vel i vna q̄litate vl' i duabꝰ. Aut sūt ɔria sibiuicē sicut extremum medio: vt dispositiones elemētoꝝ dispositionibus mixtoꝝ: vel sicut vnū mediuʒ alteri medio: vt dispositiones panis dispositionibus carnis: vt tangit cōmentator in p̄io celi ꝛ mūdi. similiter aūt ꝛ in alijs. q̄re ꝛc̄. ℃ Iteʒ 2° est dōʒ q̄ mā p̄ma ꝛ remota bene est vna nūero oīuʒ gn̄abiliuʒ ꝛ corruptibiliū: qḋ sic ꝓbat̄: q2 oīum que adiuicē transmutant̄ ē vnū subiectū nūero cū semp trāsmutatio req̄rat subiectum vnum numero sub vtroq̄ʒ termino transmutationis: vt pʒ in isto p̄mo ꝛ. 5. huiꝰ. sed ipsa entia naturalia sūt adinuicē trāsmutabilia: vt pʒ ad sensuʒ. Nā ex aīali fit cadauer. ꝛ ex cadauere fit terra: silr̄ autē ꝛ in alijs. Nec est rō quare in duobꝰ entibꝰ nālibꝰ trāsmutabilibus adinuicē imediate sit vnū subiectū nūero plus q̄ in diuersis. q̄re ꝛc̄. Et pōt ostēdi rōe supradicta q̄ mihi videt̄ esse sufficiens ad istam ɔclusionē demōstrandaʒ: cū eni nō sit materia p̄ia de se distīcta i diuersis materialibꝰ: opʒ ipsaʒ hēre aliquā vnitatē i eis. vlr̄ eni q̄cūq̄ʒ diuisionem nō hn̄t vt sic: vnū dicunt̄. 5. metaphy. ꝛ cū ipa nō sit de se vna specie ꝓp̄e nec genere nec anologia: relinquit̄ q̄ sit vna nūero. q̄re ꝛc̄. Sʒ de mō vnitatis ipsiꝰ ɔsideranda est diligenter sentētia commentatoris in. 12. metaphy. ex eiꝰ vbis eni ꝛ eiꝰ s̄nia ibi colligit̄: q̄ aliq̄d eē vnū nūero pōt itelligi duplr̄. Uno mō aliq̄d est vnum numero positiue ꝛ ꝓprie: ꝛ est illud qḋ hʒ vnā formā indiuidualē que est ens actu ꝛ idiuisuʒ in se. sic̄ soꝛ. ꝛ q̄dlibet aliud idiuiduū subē: similr̄ ꝛ i alijs suo modo. Alio mō pōt intelligi aliq̄d eē vnū nūero p̄uatiue. s. p priuatiōnē oīuʒ formarū idiuidualiū a q̄bus est multitudo numeralis: mō materia nō ē q̄d vnū numero ɔ p̄io mō s. positiue: q2 ipsa i eēntia sua nō hʒ aliquā formā indiuidualē ꝓpriā q̄ sit vna actu ꝛ ens in actu ut demōstratū fuit p̄us: sed bn̄ ē vna nūero p̄uatiue per p̄uationē oīuʒ formarū idiuidualiū: a q̄bus est multitudo ꝛ pluralitas numeralis: nō sic q̄ sit actu p̄uata ꝛ denudata ab oībus formis sil': sic̄ oculus cecus est simul p̄uatꝰ oī visiōe. h. n. est falsuʒ ꝛ ipossibile vt demōstrat ɔmētator in. 2. huiꝰ. ꝛ Aristo. in p̄mo de gn̄atione. sed sic q̄ ipsa i eēntia sua sm̄ q̄ ē mā p̄ma nō icludit aliquā formā ꝓpriā: ꝛ sic nō hēt d̄ se mltitudinē. q̄re relinquit̄ q̄ ipa sit vna nūero p̄uatiue. ℃ Et ē notādū circa h q̄ sic ipa dr̄ vna nūero p̄uatiue mō p̄dicto: sic ipa p̄t dici cōis ad oīa gn̄abilia ꝛ corruptibilia ēt p̄uatiue. q2. s. nō hēt i eēntia sua aliquā formā idiuidualē ꝛ ꝓpriā q̄ determiata sit ad vnō idiuiduū seu singulare: ꝛ iō ē cōis p̄uatiue. Et addit ɔmēta. q̄ dīt cōitas māe p̄ᵉa cōitate vlaliū p̄cipue generis: forme n. cōes i q̄bꝰ iueniūt̄ vlia sūt i poᵃ. ꝛ iō scire aliq̄d sm̄ q̄ vle ē scire ipm̄ in poᵃ sʒ q̄ dic̄. Cōicatio igit̄ q̄ itelligit̄ in formis cōibꝰ hʒ eē extra aīaʒ i poᵃ. Ista aūt cōicatio q̄ itelligit̄ i mā p̄ia ē pura p̄uatio: cū nō intelligat̄ nisi p

Cō. 20. · T.c.6. · T.cō.8. · T.cō.8. · Cō.14. · Cōm. · T.cō.6.

puationē formaꝝ idiuidualiū ab ea. Est igit̃ itētio Cōmētatoris in his vbis: q̄ mã pria nõ hꝫ cõtatē suā per aliquā vnā formā cõem ꝛ potētialē ꝫ: que sit de sua subã ꝛ ꝓpria ei fm q̄ mã. Sed vniuersale hꝫ cõitatem extra aiaꝫ per aliquā vnā formā cõem: potētialē tñ ꝛ imperfectā que est ꝓpria ipsi vli: ꝛ in his vbis Cõmētator videtur intelligere q̄ alia est forma vlis extra aiaꝫ a for͡ᵃ specialis: vlis dico ꝓ re de q̄ alias deo fauente dicā. Cõitas aũt mãe prime ad oĩa gñabilia nõ est aliud nisi ei⁹ indifferētia ad ipa inq̃tū nõ hꝫ aliquē actū sibi ꝓpriū quo sic hoc est spale distinctõ ab alio. Et dic̃ ibi Cõmētator q̄ verꝫ est q̄ iste est verus intell̃s mãe prime q̃tū ad ei⁹ vnitatē: qui nūq̄ est dictus ab Arist. in aliquo locu: sꝫ inuenitur inui ex ei⁹ vbis ꝛ h̃ est verū: q: in primo metaph. in erroꝛib⁹ dicit q̄ in fundamēto nãc nihil est distinctū: ꝛ in 7° dicit: q̄ ipa nõ est quid: nec q̃le: nec quãtū: nec aliquid alioꝝ quib⁹ diuisum est ens. q̃re ꝛc. ¶ Ulteri⁹ est intelligēdū q̄ aliq̄s possꝫ dubitare satis rõnabilr. Naꝫ omne qd̃ hꝫ entitatē positiuā extra aiaꝫ est vnū entitate positiua extra aiaꝫ h̃ est euidens ex 4° metaphy. sꝫ mã pma hꝫ entitatē positiuā extra aiam cū sit aliq̃d realr ꝛ q̃ddo atiuc distinctū a puatiõe. vt pꝫ in pmo h⁹. q̃re ꝛc.

T.co.8.

T.c.11.

T.c.66.

¶ P. si mã pria sit vnū nũo priuatiue: ex hoc q̄ in cētia sua nõ hēat aliquā multitudinē formaꝝ idiuidualiū a quib⁹ est multitudo numeralis: sic ipa posset dici plures nũo priuatiue: ꝓ tãto: q: ipsa in cētia sua nõ habꝫ aliquā vnā formā a qua sit vnitas nũalis: ꝛ sic eēt vna nũo priuatiue: ꝛ plures numero priuatiue sil̃r: qd̃ videt̃ irrõnabile: eo q: ista videntᷣ opposita. ¶ P. sil̃r possꝫ dici q̄ ipsa mã est vna sꝫ spēꝫ puatiue: eo q̄ nõ hꝫ in cētia sua aliquā multitudinē formarū specificarū: a quib⁹ est multitudo specifica: hoc aũt nullus dic̃. ¶ Ad pmã dõm q̄ mã pma sicut hꝫ entitatēꝫ positiuā: sic hꝫ vnitatē positiuā solū potētialē. vt pꝫ ex pcedētib⁹. ꝛ iõ concedit̃ hře vnitatē potētialē solū posit iuã: sed nõ vnitatem actualēꝫ positiuā de se. ¶ Ad aliud posset aliq̄s euadere dicēdo sic: q̄ nõ est simile de multitudine mãe ꝛ de vnitate ipsius. Nã rõ vnitatis sumit̃ ab idiuisiõe. vt pꝫ in 5. metaphy. Indiuisio aũt est quedã puatio. ꝛ iõ vnitas est ꝓpinqua puationi: sꝫ pluralitas nõ sic se hꝫ. ꝛ iõ poterit dici mã vna puatiue ꝛ nõ plures puatiue: q̄ si hoc nõ sufficit cõcedatᷣ mãm esse plures puatiue sic intelligendo q̄ in sua essentia nõ icludit aliquā formā a qua sit vna nũero actu: ꝛ iõ sic dicit̃ vna numero: q: non est plura de se: sic dicit̃ plura nũero: q: nõ est vna de se: nec ista sunt opposita realiter vnū numero puatiue ꝛ plura numero priuatiue: sicut licet albū ꝛ nigꝝ sint opposita: tamē puatio albi ꝛ puatio nigri nõ sunt opposita cuꝫ simul sint in medio colorato. Prima tñ solutio videtᷣ melior: eo q̄ ratio vnius sumit̃ ab indiuisione. vnde cū mã prima non sit de se diuisa numeraliter: ip̄a põt dici quodãmodo vna numero. Sed rõ multitudinis ꝛ pluralitatis nõ sumit̃ a puatione. ꝛ ideo q̃uis ipa nõ sit vna numero per aliquā vnā formā: nõ sequit̃ vt sit plures numero. Nec itelligo q̄ ipa sit vna numero ꝛ puatiue solū ꝛ pcise ꝓ tãto: q: de se non hꝫ multas formas idiuiduales: q: sil̃r posset dici q̄ indiuiduū ens actu vt for. esset vnū numero puatiue: q: nullam tale hꝫ multitudinem formarum a quibus sit multū numeralr: sꝫ ꝓ tanto: q: nec vnā formā indiuidualem hꝫ qua sit vna numero: nec multas q̃bus sit numero plura: sꝫ potentia se hꝫ ad ambo hec. Unde forte ratio pricipalis ꝛ radicalis vnitatis materie pme est ipsam esse ens pure potentia ad qd̃ ꝯsequit̃ predicta. Et ideo Cõmentator dicit in eo: aut qd̃ est in potentia dicere: est q̄ est vnum numero ꝛ cõe pluribus. vt igitur sic ad vnum

T.c.81.

dicere: mã pma est dicta vnū nũero: ex eo q̄ ipsa est ens i pura potētia: ꝛ ꝑ ablationē formaꝝ idiuidualiū oīum ab ea modo pdicto: non q: actu sil̃r sit sine oibus formis: sꝫ q: nullā claudit in essentia sua. ¶ Ad aliud dubium pt dici q̄ nõ est iconueniēs mãm pmā esse vnā fm spēm priuatiue ꝓportiõabilr: sic ipsa dr̃ vna nũero priuatiue .s. q: ipsa ñ hꝫ in sua cētia formas q̃bus specifice distinguatᷣ: ita q̄ ꝑ ablationem formaꝝ specificaꝝ dr̃ vna sꝫ spēm puatiue. sil̃r vna fm genus: sed hoc non oportuit Commentatorem exprimere: q: pꝫ ex dictis eius satis.

Ex dictis pꝫ

solo primaꝝ duaꝝ rationum. ¶ Ad tertiā dõꝫ q̄ ipa nõ est vna nũero fm suū esse actuale vt bñ ꝓbabat̃: tñ ipsa est vnū nũero fm suū eē potētiale: nõ q̃dē q̄ ei⁹ potētia sit simplr vnū subm nũero: sꝫ ipsa fm id qd̃ est ens vnū fm eē potentiale: ꝛ hoc sufficit. Uel dicatᷣ q̄ est vna fm eētiam mõ pdicto. Et cuꝫ dr̃: q: tūc entia nãlia nõ essent diuersa fm suas q̃dditates: dico q̄ imo: q: diuersa sunt illa que sunt diuersa aliq̃d vnū entia. 10. metaph. modo entia nãlia sunt diuersa fm formas aliq̃d vnuꝫ entia. i. in aliquo vno ꝯuenientia. s. in mã. Sꝫ dices. ad minus entia nãlia non erūt diuersa fm suas q̃dditates ꝛ ꝑ se ꝛ primo cuꝫ non inerit eis diuersitas nisi rõne vni⁹ ptis q̃dditatiue: ꝛ hoc ꝯcederetᷣ a multis. s. ab illis qui ponunt q̃dditatem substãtie nãlis eē compositā ex mã ꝛ forma. Alij võ dicerent q̄ mã pria nullo⁹ est pars q̃dditatis subẽ siue rei nãlis: sꝫ sola forma est tota q̃dditas. vt vr̃ velle Commentator in 7° metaphy. sꝫ de hoc ad pñs non discutio. ¶ Ad quartam dõm q̄ oĩa materialia sūt adiuicē trãsmutabilia vel imediate vt illa que sunt sibiinuicē ꝓpinqua fm formas: vel mediate ꝛ ꝑ plures transmutatiõēs ita q̄ materia q̃ nũc est sub vna forma. s. asini pt fieri sub forma terre multis transmutationib⁹ mediantibus: ꝛ h̃ non est iconueniēs: nec ꝯ Aristo. sed q̄ vnūquodq꞉ imediate fiat ex vnoquoq꞉ hoc bene est inconueniēs.

T.c.12.

Cô.34.

¶ Primum quidem igitur dictum est ꝛc. Textu comment. LXX. Questio. XXV.

Cô.70.

Commētator sup istā ptē exponēdo illud vbū Aris. Et q̃d subm: ꝓbat q̄ potentia mãe ñ est subã ei⁹. ꝛ iõ circa h̃ pt q̃ri vtꝝ po⁸ mãe sit idē eētialr cū ipsa subã mãe. ¶ Arguit pr̃o q̄ sic: q: illud ꝑ qd̃ subat aliq̃d ē ei⁹ eētia. nihil. n. subat ꝑ suū accidēs. vt mãifestū ē. Sꝫ mã subat ꝑ posse. vt scribit Commentator in tractatu de subã orbis. ¶ Itē 2° sicut se hꝫ pmū agēs ad esse actu: sic se hꝫ pmū patiēs ad eē in potētia. ꝑ conuenientē silitudinem. Sꝫ pmū agens est ens actu ꝑ suam eētiā ita. s. q̄ esse actu nõ est additū subẽ sue vt oēs ꝯcedūt: q̃re sil̃r primum patiēs est ens in po⁸ ꝑ suam essentiā sic q̄ potētia non est aliq̃d additū ei⁹ essentie. ¶ Itē 3° in q̃libꝫ gñe est act⁹ ꝛ po⁸. vt vult Arist. in. 9. metaph. ꝛ Cõmentator in ꝓhemio de aia: sed subã est vnū gen⁹. ḡ in gñe subẽ est aliqua potētia: illa aũt nõ est ꝯpositū nec forma. vt mãifestū est. ḡ relinq̄tᷣ q̄ sit mã. vt mãifestū ē: ꝛ sic mã est subãlr potētia. ¶ Itē 4° sic se hꝫ eē ad posse sicut eētia ad potētiā: sꝫ in eternis nõ differūt esse ꝛ posse fm Aristo. in 3° bui⁹. ḡ in eternis ñ differūt eētia ꝛ potētia: cū igr̃ pria mã sit eterna. vt demõstratū est in pmo bui⁹. sequitᷣ q̄ ipsa sit idem cū sua potētia. ¶ Itē 5° si po⁸ mãe essent acciñs superaddita essentie materie: sequeretᷣ q̄ esset ꝓcessus in infinitum in accidentibus materie simul existentibus: qd̃ vr̃ impossibile ex 3° bui⁹. vbi dr̃ q̄ non est dare infinitū actu simul: nec in multitudine: nec in magnitudine. Et probatur consequentia:

T.c.7.

Com.6.

T.c.32.

T.c.82.

T.c.41.

q2 subm est in po^a ad accñtia sua vt manifestum est. aliter.n.esset ipole ea habere. Si igit potentia materie ẽ accñs mãe ipsa vtiqz materia videbit eẽ in potentia ad ipsam potentiã: ⁊ sic sequeret de illa po^a per quã mã est in potentia ad suam potẽtiaz. vtz sit idẽ essentialr cum ipsa suba mãe: aut nõ. si sic pari rõne erat stãdũ in prima po^a. si nõ tũc mã est in potẽtia ad illã potẽtiã. ⁊ silr quereret de illa tertia potẽtia: ⁊ sic aut ibit questio in ifinituz: aut oz in pncipio ꝯcedere q potẽtia mãe ad formaz sit idẽ essentialr cũ ipsa prima mã. ¶ Itẽ 6° si potẽtia mãe eẽt accñs mãe: eñc ipsa potẽtia eẽt actus: qđ vr̃ impole: q2 actus ⁊ potẽtia sũt opposita ⁊ vnũ co2z nõ est alterz. Et pz ꝯñtia: q2 omne accidẽs est forma ⁊ omnis forma est actus. ¶ Item 7° si potẽtia mãe est accidẽs: tũc forma non vniret imediate materie prime q videt iconueniens: q2 forma subalis est prima pfectio ipsius mãe vt oẽs ꝯcedũt: ⁊ pz ꝯñtia: q2 forma nõ vnit materie nisi mediãte potẽtia ipsius mãe. ¶ Itẽ 8° si potẽtia mãe eẽt accidens mãe: tũc ex materia ⁊ forma non fieret vnũz nisi fm accñs: qđ est impole. vt vult Aristo. in. 8° metaphy. ⁊ 2° de aia: ⁊ ꝯñs pbat: q2 ex mã ⁊ forma non fit vnum: nisi q2 mã est ens in potentia ⁊ forma est actus. Si ergo esse in potẽtia accideret materie: tũc ex ipa forma ⁊ materia fieret vnum fm accidens: quod est inconueniens.

T. cõ.4. T.c.7.

Cõ.70.

¶ Ad aliā dico q̄ tp̄s est numerus ꝛ res numerata. s. prius ꝛ posterius ꝛc̄. Et cū dicit̄ q̄ ista res numerata est ipse motus. dico q̄ verū est accipiendo motū pro fluxu continuo quo mobile fluit de vna parte pfectionis ad aliaȝ ꝛ iste fluxus continuus seu successio ꝛ duratio est ipsum tēpus. ꝛ est etiā motus fm famositatē ꝛ fm famosiorem opinionē. Diuersimode tñ dicit̄ motus ꝛ tempus vt dictū est priꝰ. Nam iste fluxus cōtinuus fm se ꝯsideratus dicit̄ motus. sed fm qđ est numerabilis ꝛ distinguibilis sic dicit̄ tempus. Et nō est mihi icōueniēs q̄ tēpus quātū ad id qđ ipsuȝ est extra aīaȝ sit idē essentialr̄ cū motu accipiēdo motū pro fluxu ꝯtinuo: sȝ non sit idē cū motu qui est perfectio generata pars post partē: vt dictum est priꝰ. ¶ Ad aliam pōt dici: q̄ per illud priꝰ ꝛ posteriꝰ intelligende sunt pars prior ꝛ pars posterior fluxus continui: ꝛ non ipsa motata esse: quorum vnū est prius ꝛ alterū posterius: non enī ipsuȝ tēpus est essentialiter ipsa mutata esse: quoꝝ vnum est priꝰ alio: sed est essentialiter pars prior ꝛ pars posterior fluxꝰ cōtinui seu successiōis cōtinue. Et cū dicit̄. q̄ iste partes non sunt numerate: sȝ cōtinue ꝛ sic fm hoc tēpus nō erit res numerata. hic dico q̄ licet ille partes fluxus cotinui non sunt extra aiam actu. tñ sunt aptitudinaliter numerate ꝛ idonee q̄ nūerent̄ ꝛ distinguant̄: ꝛ hec numeratio ꝛ distinctio earum fm discontinuationē fit per aiam apprehendentē istas partes apprehensionibus diuersis ꝛ discōtinuis: ꝛ est simile sicut de linea cōtinua: linee enim ipsius ꝯtinue partes non sunt actu extra aiam numerate fm diuisionem ꝛ discretionē: sȝ cū q꞉ vna pars linee non est alia: sȝ vna est extra aliā: ideo sunt apte nate vt numerent̄ per aiam ita. s. q̄ aia apprehendat vnam illaꝝ seorsū ab alia ꝛ diuisim non ꝯtinuando apprehensionem apprehēsioni alterius diuo. Similr̄ partes ipsius fluxus cōtinui quāuis non sint actu extra aiam diuise ꝛ discontinuate: tamē q꞉ vna illaꝝ non est alia: sed vna est extra aliā vel post aliam: ideo sunt apte nate q̄ aia eas numeret distincte ꝛ diuisim eas apprehendendo apprehensionibus non continuis. Et hec numeratio est formale significatū ipsius tēporis: ꝛ illud nō est actu extra aiam sȝ in potētia sequētū partes iste sunt apte nate sic apprehendi. sicut partes linee sunt apte nate apprehendi seorsū ꝛ diuisim. In hoc tñ est differētia iter partes linee ꝛ partes fluxus. q꞉ partes linee pñt discontinoari actu extra aiaȝ per diuisionē vt cū lignū aut lapis diuidit̄ realiter: sed ptes fluxus existētes in pmo mobili nunq̄ pñt discontinoari ab inuiceȝ per qđcunq̄ diuidens realr̄ extra aiam. q꞉ sic motus deficeret: qđ est impossibile fm phm. videt ergo diffinitio tēporis in qua non est dubitatio esse tanta. q̄ tempus ē essentialr̄ pars prior ꝛ pars posterior fluxꝰ cōtinui: quo mobile fluit continue de vna parte pfectionis ad aliaȝ: prout ille partes sunt numerabiles seu distinguibiles ab inuicē. ꝛ hoc loquēdo de tempore q̄tum ad suū mãle significatū qđ est extra aiaȝ quoquo modo. ¶ Ad aliā dicendū q̄ prius ꝛ posterius non accipiunt̄ in diffinitione tēporis pro istis respectibꝰ qui sunt prioritas ꝛ posterioritas isti enim sunt relationes quedā: sed accipit ibi priꝰ ꝛ posterius pro re que substernit̄ vel subijcit̄ istis respectibus: ꝛ ista est quid absolutū. ¶ Ad aliā cū dicit̄. q̄ prius ꝛ posteriꝰ diffiniunt̄ tēpore ꝛc̄. Dico q̄ priꝰ ꝛ posteriꝰ possunt accipi duplr̄. Uno modo put sunt differentie ordinis. Alio modo pro partibus ipsius fluxus: quaꝝ vna est prior ꝛ alia posterior. Primo modo priꝰ ꝛ posteriꝰ diffiniunt̄ tēpore. res enī prior est que fuit in aliquo tēpore in quo non fuit alia: ꝛ res posterior est que nō erat in aliquo tēpore in quo erat alia: ꝛ loquor de priori ꝛ posteriori. put sunt differētie ordinis generationis: nō differētie ordinis que est inter cām ꝛ cãtum. Sed si sumat̄ 2ᵒ modo. s. pro partibus fluxus continui: sic ponunt̄ in diffōne tēporis: vt dictū est priꝰ: ꝛ hec non est incōueniēs. Tps itaq̄ essentialr̄ est idē cū partibꝰ successionis continue: quaꝝ vna est prior altera. ¶ Ad aliā cū dic̄ Cōmētator q̄ priꝰ ꝛ posteriꝰ in motu ꝛc̄. pōt dici q̄ loquit̄ de priori ꝛ posteriori in motu pro ptibus pfectionis. Pars. n. perfectionis prior ē illa q̄ fit in tēpore priori. ꝛ pars posterior est illa que fit in tēpore posteriori: ꝛ hoc mō nō sumit̄ in diffōne tp̄is: vt pȝ ex dictis: sȝ sumit̄ pro ptibꝰ fluxus cōtinui nūerabilibꝰ vel nūeratis. q̄re ꝛc̄. Qō. XX.

G Ratia pdicatoꝝ q̄rit̄ hic. Utꝝ priꝰ ꝛ posteriꝰ motꝰ sint idē essentialr̄ cū priori ꝛ posteriori tēporis. ¶ Arguit̄ pmo q̄ nō. q꞉ si sic eēt tūc priꝰ ꝛ posteriꝰ i motu nō eēnt ptes motꝰ: qđ vr̄ incōueniēs. ꝛ pȝ ꝯña. q꞉ ptes tēporis nō sunt ptes motꝰ. Nūc aūt priꝰ ꝛ posteriꝰ in tēpore sunt ptes tēporis. ġ priꝰ ꝛ posterius in tēpore nō sunt ptes motus: ꝛ sic si priꝰ ꝛ posteriꝰ in motu sint idē eēntialr̄ cū priori ꝛ posteriori in tēpore: tūc priꝰ ꝛ posterius in motu nō erūt ptes ipsius motus. ¶ Itē si sic: tunc tēpus diffiniret̄ per priꝰ ꝛ posterius in tēpore: qđ videt̄ incōueniens spālr̄ ppter hoc: q꞉ ptes q̄titatiue nō vident̄ poni in diffōne totius quantitatiue: vt videt̄ velle Aristo. in. 7. metaph. Semicirculus enim non ponit̄ in diffōne circuli: nec digitus in diffōne illius cuiꝰ est digitus sed magis econuerso. vnde ibi dicit phs. q̄ semicirculus diffinitur circulo ꝛ digitus toto. ꝛ pȝ cōsequētia. quia tempus diffinitur per prius ꝛ posterius in motu: vt pȝ in littera. Si ergo priꝰ ꝛ posteriꝰ in motu est idē essentialr̄ cū priori ꝛ posteriori in tēpore: tunc diffinitur tēpus per priꝰ ꝛ posteriꝰ in tēpore. Prius aūtē ꝛ posteriꝰ in tēpore sunt ptes tēporis: vt manifestuȝ est. quare ꝛc̄. ¶ Item si priꝰ ꝛ posterius in tēpore esset idē eēntialiter cū priori ꝛ posteriori in motu: tunc cū priꝰ ꝛ posterius in motu non sit aliud q̄ successio cōtinua vel duratio motus: sequeretur q̄ etiaȝ ipsuȝ tēpus esset essentialiter ipsa successio ꝯtinua vel duratio motus: ꝛ sic ms.

T. c. 3. 5.

melius ⁊ facilius potuisset tempus fuisse diffinitū dicendo ipsuȝ esse successionē aut durationē continuā motus ꝙ Aristo. ipsuȝ diffinivit dicendo ipsuȝ numerū p̄oris ⁊ posterioris in motu: qḋ est ridiculū. ¶ Itē causa non est idē essentialiter cū causato. hec est manifesta. Causa eni est ad cuius esse sequit̄ aliud vt cōiter dicit̄: ⁊ habet̄ in libello de bona fortuna. Sed p̄us ⁊ posterius in motu est causa p̄oris ⁊ posterioris in tēpore: vt vult Ari. in littera: sicut p̄us ⁊ posterius in magnitudine est causa p̄oris ⁊ posterioris in motu: vt dicit̄ in lr̄a ⁊ in textu Cōmentatoris habet̄ sic: q2 motus est cōtinuus ⁊ tēpus est cōtinuū. ⁊ Cōmētator exponēdo illā dicit ꝙ causa continuitatis tēporis ē cōtinuitas motus. ¶ Itē si p̄us ⁊ posterius tēporis esset idē eēntialr̄ cū p̄ori ⁊ posteriori mot⁹ ⁊ econuerso: tunc tēpus non mēsuraret motū ſm ꝙ quātum quoddā est: qḋ est ꝯtra Aristo. dicentē ꝙ tēpus mēsurat motū ⁊ quietē ſ3 ꝙ quāta quedā. ⁊ ꝓbatur ꝯn̄a. q2 tēpus est idē eēntialr̄ cū suo p̄ori ⁊ posteriori: vt omnes cōcedunt: si igit̄ p̄us ⁊ posteri⁹ tēporis est idē essentialr̄ cuȝ p̄ori ⁊ posteriori mot⁹: sequit̄ ꝙ tēpus est essentialr̄ p̄us ⁊ posterius ipsius mot⁹. Prius aūt ⁊ posterius ipsius motus est q̄titas motus. s. ei⁹ successio continua: igit̄ tēpus erit q̄titas motus essentialr̄. Si igit̄ tēpus mēsurat motū ſm ꝙ quātus est: tūc tēpus mēsurat seipsuȝ: q2 ipsuȝ tēpus est q̄titas motus vt deductum est: quare ⁊c. ¶ Itē mēsura est p̄or mēsurato nālīter. 10. metaph. s3 tēpus est mensura mot⁹ vt quātus est. vt ꝓcedit̄. ⁊ hoc dicit Aristo. igit̄ tēpus est p̄us nāliter q̄titate motus: hoc aūt non esset si ipsuȝ tēpus esset essentialr̄ q̄titas motus: q2 nihil est p̄us naturalr̄ seipso: modo si p̄us ⁊ posteri⁹ in tēpore eēnt idē eēntialr̄ cū p̄ori ⁊ posteriori in motu: cū p̄us ⁊ posterius in motu sint q̄titas ipsius motus: tunc tempus quod est prius ⁊ posterius esset quantitas motus: quod est inconueniens: vt probatum est. ergo ⁊c.

T.c.99.

T.c.2.

Oppositum

arguit̄: q2 p̄us ⁊ posteri⁹ in tēpore est idem essentialr̄ ꝙ tempus hec est manifesta: sed tempuȝ est idem cū p̄ori ⁊ posteriori ipsi⁹ motus: ergo a p̄mo ad vltimū p̄us ⁊ posterius tēporis idē ē eēntialr̄ cū p̄ori ⁊ posteriori in motu. q̄re ⁊c.

Ad euidentiā

questionis est intelligendū ꝙ sic tenet doctrina cōis sup 3[m] huius. ⁊ attribuitur Cōmētatori. Motus pōt accipi dupliciter. Uno mō pro forma impfecta cui⁹ vna pars generat̄ post aliā ꝯtinue donec perficiat̄ ⁊ sit in actu. Alio modo pro fluxu ꝯtinuo quo mobile fluit de vna pte ad aliā. ¶ Alia tn̄ distinctionē vel eādē modo alio loquēdi ponit Cōmētator in. 5. hui⁹. ꝙ motus pōt considerari q̄tū ad suam māīn: ⁊ sic est perfectio diminuta in eodem genere existens cum termino ad quem. Alio modo q̄tum ad formā suam: ⁊ sic est transmutatio cōiuncta cū tēpore: ⁊ sic est genus per se. s. passio: vt dicit ibidē. Hāc aūt distinctionē nō sic intelligo ꝙ ipe motus sit q̄d vnuȝ per se cōpositū essentialr̄ ex illis reb⁹ p̄dictis. s. ex perfectione diminuta ⁊ ex trāsmutatione cōiuncta cū tēpore: nā ex talibus rebus diuersis ⁊ p̄cipue diuersoꝝ generuȝ p̄dicamētalū non fit vnū ens per se. Sed intelligo sic ꝙ hoc nomē motus significat duo. quoꝝ Unū est sicut materia. Et aliud est ad modū forme: ⁊ aliud significatū qḋ h3 modū māe respcū alteri⁹ est ipsa forma diminuta: cuius vna pars generatur post aliam. Illud aūt qḋ habet modū vel similitudinem forme est ipsa trāsmutatio coniuncta cum tempore: quare aūt vnū istoꝝ est sicut materia ⁊ alteꝝ sic forma: videndū est in. 5. hui⁹. Si aūt ipsa transmutatio ꝯiuncta cū tēpore quā Cōmētator dic̄ eē formā mot⁹ est q̄d aliō ab ipso fluxu ꝯtinuo ⁊ a successione ⁊ a duratione: tūc op3 itelligere ex predictis distinctionib⁹ vnā distinctionē trimembrē: ⁊ est ꝙ motus pōt accipi pro forma diminuta tendēte ad cōplemētū. Alio modo pro transmutatiōe ꝯiuncta cū tempore. Alio modo pro fluxu ꝯtinuo seu successione ipsi⁹ durationis que ꝓuenit vel ex resistētia medij sicut in grauibus ⁊ leuibus inaīatis. vel ex resistentia termini a quo sic in aliqs motibus ꝓprie dictis. ¶ Ulteri⁹ itelligēdū ꝙ per p̄us ⁊ posterius in motu possumus itelligere tria. Uno° ptes pfectionis: quaꝝ vna generat̄ p̄us q̄ alia. Alio° ptes ipsius trāsmutationis cōiuncte cū tēpore cui⁹ vna pars est p̄or alia. Tertio mō pōt accipi p̄us ⁊ posteri⁹ mot⁹ pro pte p̄ori ⁊ parte posteriori fluxus ꝯtinui seu successiōis ⁊ durationis. ¶ 3° considerandū est ꝙ p̄us ⁊ posterius in tēpore vt hic sumit̄ sunt ptes q̄titatiue tpis ⁊ sunt idē eēntialiter cū ipso tēpore ⁊ ecōuerso. sicut partes q̄titatiue linee sunt eedem essentialiter cū ipsa linea ⁊ econuerso.

Com.9.

His visis

dico ad q̄ōnē tria. Primo ꝙ si sumatur p̄us ⁊ posteri⁹ mot⁹ ꝓ ptib⁹ pfectionis: quaꝝ vna generat̄ post aliā: sic nō sunt idē essentialiter cū p̄ori ⁊ posteriori in tēpore. ⁊ hoc facilr̄ ꝓbat̄. q2 hmōi ptes mot⁹ sunt in predicamēto q̄titatis vel q̄litatis vel vbi. sicut etiā mot⁹ qui est forma fluens. Tempus aūt est in genere q̄titatis vt manifestū est in p̄dicamentis. ¶ 2° dic3 ꝙ etiā si recipiat̄ p̄us ⁊ posterius pro partibus trāsmutationis: quaꝝ vna est p̄or ⁊ alia posterior: adhuc ista nō sunt eadē eēntialr̄ cū p̄ori ⁊ posteriori que sunt tēpus: q2 queādmodū p̄ma trāsmutatio coniuncta cū tēpore: quā Cōmētator ponit formā mot⁹: est in genere passionis ſm Cōmētatorē: sic etiaȝ partes ei⁹ sunt in genere passionis: sicut ptes albedis sunt in eodeȝ genere cū albedine: eo mō quo ipsa pōt hr̄e ptes q̄re tēpus ipsuȝ cū sit q̄titas nō est idē eēntialr̄ cū illis ptibus trāsmutationis. ¶ 3° dico ꝙ si sumat̄ p̄us ⁊ posteri⁹ pro ptibus fluxus ꝯtinui siue pro ipsa successiōe ꝯtinua ⁊ duratione sic sunt idē eēntialr̄ cū ipo p̄ori ⁊ posteriori tpis: q2 hmōi p̄us ⁊ posteri⁹ q̄ sūt ptes flux⁹ ꝯtinui sē q̄dā q̄titas ꝯtinua. s. duratio successiua. h̄ habeo pro manifesto: s3 nō pōt eē alia q̄titas nisi tēpus vt manifestū est ꝯsiderāti per inductionē: nō eniȝ est q̄titas ꝑmanēs. s. neq3 linea; neq3 supficies: neq3 corp⁹; neq3 est q̄titas successiua que est orō. q2 orō que est spēs q̄titatis dicit̄ eē multitudo ꝑuuȝ vocis distantiū ⁊ sibiīuicē succedentiū: q̄re relinquit̄ ꝙ p̄us ⁊ posteri⁹ que sunt ptes fluxus ꝯtinui seu successionis ꝯtinue sunt idē qḋ ipsum tp̄s. Tēpus aūt ē idē eēntialr̄ cū p̄ori ⁊ posteriori in tēpore: q2 hec sūt partes ei⁹ intrinsece q̄titatiue. ergo p̄uȝ ⁊ posterius in motu est idē eēntialr̄ in motu cū priori ⁊ posteriori in tēpore. ¶ Itē ꝯfirmat̄: q2 motus mensurat̄ tēpore ſm ꝙ quantus est q̄titate successiua: hoc est notum. Tūc quero de illa quantitate successiua ſm quā motus est mensurabilis a tēpore an ipsa sit tp̄s: an alia q̄titaȝ a tēpore. Si sit tēpus habeo ꝓpositū. Nā p̄us ⁊ posteri⁹ in motu nō sūt aliud q̄ q̄titas motus. loquendo de motu pro fluxu forme. ⁊ sic illud pri⁹ ⁊ posteriuȝ est ipsum tēpus. Et si dicatur ꝙ illa q̄titas successiua ſm quā motus cōtinuus est mensurabilis tempore sit alia quātitas a tempore: cū illa quātitas non sit species q̄titatis: que est oratio nec linea nec superficies nec tempus nec numerus: vt manifestum est: sequit̄ ꝙ est alia species q̄titatis: preter illas q̄s Aristo. numerauit in p̄dicamentis: qḋ est absurdum ⁊c.

Ad rationes.

¶ Ad primā cuȝ dicitur ꝙ sic pri⁹ ⁊ posteri⁹ nō essent partes motus ⁊c. dico ꝙ non sequitur. Et ad probationem cuȝ dicitur ꝙ partes temporis nō sunt partes motus. Dico

ꝙ verum est accipiendo partes motus pro partibus perfectionis cuius vna pars generatur post aliam. Sed si loquatur de motu pro fluxu cõtinuo forme sic partes tẽporis bene sunt partes motus: et ecõuerso. licet differãt aliquo modo: secundum rationem et modum: vt dictum fuit.

¶ Ad aliud cõcedo ꝙ tempus bene diffinitur per prius et posterius que sunt eius partes quantitatiue. Et cum dicitur contra hoc ꝙ partes quantitatiue non ponũtur in diffinitione totius: potest dici ꝙ verum est in diffinitione totius cui accidit quantitas: sicut homini accidit quantitas. et ideo digitus qui est eius pars quantitatiua nõ ponitur in eius diffinitione: sed in diffinitione totius quod essentialiter est quantitas vel de eius essentia est quantitas bene ponunt eius partes. Unde in predicamentis dicit ꝙ quantitas continua est cuius partes sunt copulate ad terminum cõmunẽ. Ecce ꝙ in diffinitione quantitatis ponunt eius partes. Similiter numerus diffinitur ꝙ sit multitudo ex vnitatibus aggregata. Et constat ꝙ vnitates sunt partes numeri quantitatiue: sic autem est in proposito: tẽpus est quantitas continua: et prius et posterius: que sunt eius partes fluxus numerabiles seu distinguibiles sunt eius partes. quare etc. Et cum dicit tertio ꝙ tunc secundum hoc Arist. potuisset melius diffinire tẽpus dicendo ipsum esse fluxum continuum vel successionẽ continuã de vna parte perfectionis ad aliã. Dico ꝙ imo Aristo. melius diffinivit tẽpus dicendo ipsum esse numerũ motus secundum prius et posterius. i. sic Cõmẽtator exponit res numeratas priori et posteriori existẽtium in motu: hec enim est diffinitio tẽporis cõpleta. Intelligẽdo tamen per illa prius et posterius partes fluxus cõtinui. Iste autem partes fluxus continui nõ dicunt tempus nisi sub ratione qua sunt numerabiles et distinguibiles abinuicem ita ꝙ ipsa aptitudo ad numerationẽ et distinctionem est formalis ratio sub qua tempus significat illud quod significat. Quod autem iste partes sunt numerabiles: hoc prouenit eis ex eo ꝙ sunt diuerse ita ꝙ vna earũ nõ est alia. Diuersitas autem earum non intelligit nisi secundum ꝙ vna est prior et alia posterior: sicut diuersitas partiũ linee nõ itelligit nisi qz vna est extra aliã vel in alio situ vna quam alia: vnde si essent in eodẽ situ reuerterent in idem: vt patet ex. 4. huius. Et sic radicalis causa numerabilitatis istarum partiũ est prius et posterius: et propter hoc multum subtiliter et profunde cõsiderauit et diffinivit Aristo. ipsum tẽpus dicẽdo ipsum esse numerũ motus secundum prius et posterius. per hoc enim explicauit essentiã tẽporis. s. ipsum fluxum continuũ et rationem numerabilitatis eius sub qua numerabilitate importat hoc nomen tempus: ita ꝙ melius diffinivit tempus quam si solum dixisset ipsum esse fluxum continuum vel durationem vel successionem continuam.

¶ Ad aliã que nihil videt difficilis cum dicit ꝙ prius et posterius etc. videt mihi ꝙ in textu Arist. hoc nõ habetur ꝙ prius et posterius in motu sit cã prioris et posterioris in tẽpore: sed bene dicit ꝙ prius et posterius in magnitudine est aliquo modo causa prioris et posterioris i motu: et loquitur hic de motu locali. Et subdit ꝙ in tẽpore etc. ẽ prius et posterius propter id quod sequit alterum alterum. i. propter id ꝙ vna pars temporis sequit aliã: et hec sunt verba Aristo. Quoniam autem in magnitudine primũ et vltimũ necesse est in motu prius et posterius eẽ proportionaliter his que sunt ibi. At vero et in tẽpore est prius et posterius propter id quod sequit alterũ alterum. In quibus verbis nõ exprimit ꝙ prius et posterius motus sit cã prioris et posterioris tẽporis. Unde siquis vellet hoc tenere qz famosum est: posset dicere ꝙ prius et posterius ipsius motus: que quidẽ prius et posterius sunt partes perfectionis. quarum vna generatur post aliã: ista sunt aliqualiter causa prioris et posterioris in tempore. Dictũ enim ẽ ꝙ prius et posterius tẽporis est ipse fluxus continuus seu successio: omnis autem fluxus seu successio quodãmodo fundat in illa forma vel perfectione cuius vna pars generatur post aliã: sicut fluxus: quo calefactibile fluit de vna parte caliditatis ad aliã quodãmodo fundatur in ipsa caliditate nõ tanquam in principali subiecto: sed sicut in dispositione et preparatione subiecti. Similiter fluxus quo vnum mobile localiter fluit de vno vbi ad aliud vbi: vel succedit aliquo modo fundatur in ipso vbi: et sic prius et posterius motus qui est perfectio fluens se habet in ratione cause materialis respectu ipsius fluxus continui seu successionis continue. Sed quod Cõmentator dicit videt difficilius ꝙ causa cõtinuitatis in tempore est continuitas motus. Forte dõm ꝙ per continuitatẽ motus Cõmentator intelligit dependentiam et productionẽ motus a motore sine interruptione et defectu essendi: et hec est aliquo modo causa continuitatis tẽporis: quia enim motus dependet a motore sine interruptione: ideo durat continue et habet tẽpus continuũ: sed si intelligeret per cõtinuitatem motus quãdã aliam quantitatem ipsius que sit causa temporis hoc esset multum mirabile. Et forte per continuitatẽ motus intelligit partes perfectionis que cõtinue sibinuicem succedunt sine medio: hec enim partes substernuntur fluxui seu tempori aliquo modo: et sic reducunt ad genus cause materialis et subiecti. Inquire bene vsque ad fundũ nescio aliud nunc.

¶ Ad aliam nego consequentiam. Et cũ dicit ꝙ tunc tempus mẽsurabit ipsum. dico ꝙ nõ est inconueniens ipsum tempus vno modo sumptũ mensurare seipsum et alio modo sumptũ. Aliqua enim pars tẽporis determinata et nota per sui replicationẽ mẽsurat aliquod totũ tempus ignotum vel minus notũ: vt dies mẽsurat annũ vel mẽsem: et sic de ceteris. Et hoc videtur sentire Arist. in littera. vbi dicit ꝙ totũ mẽsuratũ est idẽ ꝙ multa mota: quod verũ ẽ: quia totũ est idẽ cũ suis partibus aliquo modo: vt patuit in primo huius.

T. c. 113

T. c. 114

¶ Ad aliam cum dicit: mensura est prior mẽsurato: potest dici ꝙ verum est aliquo modo sicut pars toto precipue loquendo de mensura per replicationẽ. Et cũ dicit ꝙ tempus non est prius quantitate motus: dico ꝙ tẽpus pro aliqua parte temporis prior est toto tẽpore quoquo modo prioritate materie ad formam: et sic sufficit in proposito: pars enim temporis replicata mensurat totum tempus: et est prior tempore quod mensurat. Et est notandum ꝙ licet idẽ sic realiter tempus mensuret quantitatem motus et tẽpus mensurare tẽpus: eo ꝙ ipsum tempus est quantitas motus: tamen differunt secundum modum: quia dicitur mensurare motum inquantũ ille fluxus mensuratus refertur ad mobile: et dicitur mensurare tempus inquantum ille fluxus est numerabilis secundum prius et posterius: prout ergo dies mẽsurat annum secundum ꝙ annus est quidam actus mobilis et mobile. et sic dies mensurat motũ talem: sed prout mẽsurat ipsum vt est numerabilis secundum prius et posterius: vt sic mensurat ipsum vt tempus est: similiter autem est in aliis. Imaginaui ergo per prius dicta ꝙ vna et eadem est successio que est inter duo mutata esse: et que est iter duo instantia: et dicit illa successio motus secundum ꝙ concernit actũ relictum in mobili a mouẽte et eius terminus: vt sic dicuntur mutata esse. Et eadẽ duratio secundum se considerata: vel considerata vt numerabilis: dicitur tempus: et eius termini: vt sic dicuntur instantia secundum esse.

¶ Ipsum autem nunc mensurat tempus secundum ꝙ est prius et posterius. ipsum autem nunc est sicut idem: est vero sicut non idem: secundum quidem enim ꝙ in alio: et in alio est: alterum est. hec autem ipsum nunc idem est etc. T. c. CIIII. Quõ XXI

T.c.91.

Onsequenter querit. Utrum instans sit vnum et idem in toto tempore. ¶ Arguit primo q non rationibus Ari. quia cuiuslibet diuisibilis finiti oportet esse duo extrema inter que illud includitur et continuatur: vt linee finite sunt duo puncta: et superficiei finite sunt due linee. Sed si accipere tempus finitum sic horam aut diem: ideo oportet talis temporis esse duos terminos vel extrema: termini autem vel extrema ipsius temporis non sunt nisi instantia vt manifestum est: ergo instans non est omnino vnum in toto tempore. ¶ Item si sic. tunc illa que fuerunt in millesimo anno erunt simul cum illis que sunt nunc: vt bellum troianum esset nunc aut huiusmodi: sed hoc est impossibile et absurdum. Et probatur consequentia. quia simul sunt illa que sunt in eodem instanti: et vnum talium non est prius alio neque posterius. quare etc. ¶ Item sicut se habet punctus ad lineam: sic instans ad tempus. per conuenientem similitudinem: quam etiam Arist. concedit. sed non est vnus solus punctus per totam lineam vt manifestum est: quia sic corrupto vno solo puncto linee corrumperent omnes: quod est falsum. Cum enim diuiditur linea corrumpitur punctus vnus qui continuabat partes illas in quas fit diuisio: sed non propter hoc corrumpunt omnia puncta illius linee: vt manifestum est. ergo etc. ¶ Item si sic. tunc instans non esset instans: quod est impossibile. et probatur consequentia. quia instans dicitur quasi non stans: vt dicunt grammatici: modo si maneret vnum et idem in toto tempore: tunc esset stans: et sic non esset non stans. et per consequens non esset instans: quod est impossibile. ¶ Item sicut se habet indiuisibile motus ad motum: sic indiuisibile temporis se habet ad tempus. per conuenientem similitudinem: sed indiuisibile motus non est vnum et idem in toto motu. Indiuisibile enim ipsius motus est mutatum esse: et hoc non est vnum et idem per totum motum: imo aliud et aliud. et aliud et aliud: vbi in motu locali: et alius et alius gradus forme in motu ad formam. quare etc. ¶ Item si instans esset vnum et idem in toto tempore: tunc ipsum instans esset diuisibile. Non enim est intelligibile q aliquid vnum et idem sit in aliquo toto diuisibili nisi sit diuisibile saltem per accidens: vt albedo non posset esse in tota superficie nisi ipsa albedo esset diuisibilis saltem per accidens. Cum ergo tempus quid diuisibile videtur necessario si instans est vnum et idem in toto tempore q ipsum sit diuisibile saltem per accidens: hoc autem est impossibile. quare etc.

T.c.92.

T.c.107

¶ Oppositum vult Aristo. in littera.

Ad questionem

t.c.104.

est intelligendum q instans dupliciter potest accipi secundum Ari. in littera. Uno modo secundum substantiam. Alio modo secundum esse. Et ad huius distinctionis intellectum est considerandum q mobile potest considerari dupliciter. Uno modo potest considerari secundum se. Alio modo potest considerari quantum ad suum mutatum esse: ipsius autem mobilis secundum se sumpti est aliqua mensura: et hoc non est tempus: quia tempus est mensura motus: vt dicitur hic. Unde relinqui videtur q illa mensura sit ipsum instans secundum suam substantiam. Intelligo igitur per instans secundum substantiam ipsam mensuram mobilis secundum se. Sed instans secundum esse vt credo ad presens est ipsum mutatum esse mobilis secundum actum. Sicut enim idem fluxus realiter est motus et tempus: vt dictum est prius: sic vnum et idem indiuisibile est terminus motus et temporis: vnde ipsum mutatum esse actu existens in mobili dum mouetur est idem quod instans secundum esse. Sed omne instans in habitudine ad tempus et omne mutatum esse in habitudine ad motum: vt tactum fuit prius. ¶ Ulterius considerandum est q ipsius mobilis est duplex esse. Unum est esse primum et substantiale: et aliud est esse accidentale sicut esse in theatro vel in foro: modo constat q mobile per totum motum manet vnum et idem secundum esse substantiale primum sicut est esse ocium vel lapidem vel hominem: sed non manet vnum et idem secundum esse accidentale: imo diuersificatur secundum talia esse vt manifestum est per se. Sic etiam ipsum instans habet vnum esse substantiale et aliud esse accidentale: esse quidem substantiale ipsius instantis secundum substantiam est ipsum esse id quod est mensura ipsius mobilis secundum se. esse vero accidentale est mutatum esse hoc vel illud vel aliquid huiusmodi.

Tunc dicendum

ad questionem duo secundum Arist. in littera. Primo q instans secundum esse non est vnum et idem in toto tempore. Secundo q instans secundum suam substantiam est vnum et idem sub toto tempore. Primum probatur rationibus Aristo. in littera que sunt insolubiles quantum ad illam partem: et tu resume eas in ponendo. ¶ Item probatur aliter: quia sicut se habet mobile ad motum sic nunc ad tempus. per conuenientem similitudinem. Nam sicut mobile notificat motum aliquis via: sic nunc ipsum tempus: vt tactum fuit prius: sed mobile non est vnum et idem secundum esse saltem accidentale per totum motum vt euidens est de se in omni motu: quare similiter nunc non erit idem secundum esse in toto tempore. Tunc ostendo secundum: quia sicut se habet mobile ad motum sic instans ad tempus: sed mobile manet vnum et idem secundum substantiam sub toto motu continuo. ergo nunc secundum substantiam debet manere vnum et idem in toto tempore. ¶ Item mensura illius quod manet idem in toto tempore debet manere eadem sub tempore vel in toto tempore: sed nunc secundum substantiam est mensura alicuius quod manet idem secundum substantiam in toto tempore: est enim mensura ipsius mobilis secundum se: quemadmodum tempus est mensura motus quoquo modo similitudinis: ergo etc. ¶ Item probatur ratione Ari. in littera supponendo q numquam aliqua duo tempora possunt esse simul: quorum vnum non contineat alterum. et hoc manifestum est cuilibet intelligenti. Non enim due hore equales quarum vna non est alterius contentiua sunt simul. Similiter duo dies et duo anni. Cum ergo instans sit indiuisibile saltem in tali genere: et per consequens vnum non contineat alterum. Impossibile est q duo instantia sint simul: vnde si instans esset aliud et aliud in tempore oporteret q adueniente posteriori corruptum esset prius. ¶ Tunc arguitur: si esset aliud et aliud nunc secundum substantiam in tempore tunc adueniente posteriori nunc corruptum esset prius: vt patet ex dictis: sed hoc est impossibile: quia si adueniente posteriori nunc: prius nunc esset corruptum aut esset corruptum in seipso: aut in nunc priori: aut in nunc posteriori. Si diceret q esset corruptum in seipso: tunc simul esset et non esset: quia quod corruptum est non est. Si igitur ipso existente est corruptum tunc simul existit et non existit: quod est impossibile. Si vero diceret q corruptum est in instanti precedenti ipsum: hoc est impossibile: quia quod corruptum est in aliquo instanti fuit ens ante illud instans. ergo si hoc instans fuerit corruptum in instanti ipsum precedente: tunc ante illud instans precedens ipsum fuit ens: quod est impossibile. Et breuiter si corruptum est in instanti precedente ipsum sequitur q prius corruptum est quam fuerit: quia in nullo instanti precedentium fuit ens. Si autem diceret q est corruptum in instanti sequente ipsum: hoc non potest stare: quia cum instans non sit contiguum nec immediatum instanti: vt patet in .6. huius. imo inter quelibet duo instantia est tempus medium: necesse esset q illud instans simul esset in toto tempore intermedio inter illa duo instantia: et sic cum in illo tempore sint instantia plura sequitur inconueniens quod prius. scilicet q vnum instans sit simul cum alio: imo cum multis aliis. ergo non potest contingere q adueniente nunc posteriori corruptum sit nunc prius. quare si est aliud et aliud nunc temporis sequitur q simul erunt diuersa nunc: quod est impossibile: vt dictum est. ¶ Circa istam rationem considerandum q sic aliqui dicunt: et satis rationabiliter ista ratio non potest esse demonstratiua. Nam per eandem viam probaretur q instans secundum esse non est aliud et aliud in toto tempore: imo solum vnum. ¶ Argueretur enim si esset aliud et aliud instans secundum esse: tunc adueniente posteriori oporteret corruptum esse prius: quia aliter simul essent quod est impossibile: tunc quero an illud prius instans sit corruptum in ipso

T.c.4?

T.c.4?

nunc post: aut in aliquo nūc precedēte ipsuȝ: aut in nūc sequenti: ꝛ quocūq; dato sequit̄ inconueniens: vt ꝓus deductū est. Per eandē etiā viaȝ ꝓbaret ꝙ mutatum esse non corrumperet̄ sed maneret adueniente alio mutato esse: qḋ tn̄ falsuȝ reputat̄: q2 ergo per istā ratione͂ si valeret conuincerentur ista duo impossibilia. s. ꝙ mutatū esse nō pōt corrumpi: ꝛ q2 nunc ſm esse non est aliud ꝛ aliud in toto tēpore: necesse ē dicere istā ratione͂ nō eē demonstratiuā: ꝛ ꝙ Aristo. nō vtitur ea tanꝙ demonstratiua: ſȝ vt ꝓbabili soluȝ. Diceret̄ ergo soluendo istā ratione͂ ꝙ instās ſm esse est aliud ꝛ aliud. Et cū dicit̄ ꝙ adueniente vno instanti opȝ alterū corruptū esse. cōcedo. Et cū querit̄ in quo instanti corruptuȝ est aliud instans. dicunt hic aliqui ꝙ ipsuȝ instans nō est corruptū in aliquo instāti: sed in tēpore sequente illud instās. Et hoc sic declarāt. nā sicut corruptuȝ eē rei que habuit eē tēporale est in instāti: sic rōnabile videtur ꝙ corruptuȝ esse rei que habet eē indiuisibile: ꝛ que nō habet esse diuisibile ꝛ tēporale sit in tēpore sequēte. Unde cū ipsum instās ſm esse nō sit quid diuisibile sed indiuisibi'e suuȝ corruptū esse nō est in aliquo instāti sed in tempore sequente ipȝ. ¶ Et tunc dubitatur circa hoc: quia corruptū esse est termin⁹ corruptionis. Si ergo instās aliqḋ corruptū est in tēpore sequēte ipsuȝ: tunc opȝ ꝙ corruptio ei⁹ precesserit. Querit̄ ergo in qua mēsura fiat ei⁹ corruptio. vtrū in ipsomet aut in tēpore precedēte aut in tēpore sequēte ipsuȝ: nō est dicendū ꝙ sua corruptio fiat in ipso: q2 licet corruptū esse sit in instanti tamē corrumpi nō est in instanti. Et iterū si eius corrumpi diceretur esse in ipso instāti qḋ corrumpitur: aut ipȝ corrumpi esset totuȝ simul aut pars post partē ꝛ successiue. Si totū simul ergo totū corruptū est in seipso qḋ est impossibile. Si pars post parteȝ: tunc opȝ ꝙ eius mēsura habeat partē ꝛ partē: istās aūt nō habet partes. ergo corrumpi ipsi⁹ instātis non fit in ipsomet instanti. Si vero dicatur ꝙ ei⁹ corrumpi fiat in tempore precedēte ipm: hoc nihil est: q2 sic corrumperet̄ anteꝙ̄ fuerit cuȝ in tēpore precedēte nō fuerit. Si aūt dicat̄ ꝙ eius corrumpi fiat in tēpore sequente ipsuȝ: tūc manebit in aliq̄ parte tēporis sequentis: quia illud qḋ corrumpit̄ dū corrūpitur est eis ſm ꝙ corrumpi distinguit̄ ꝯtra corruptuȝ esse. ergo simul erit cū oībus instātib⁹ illius temporis: qḋ est impossibile. ¶ Forte dicendū ꝙ corruptum esse non sequitur corrumpi illius ꝛ eiusdeȝ rei nisi in rebus diuisibile esse habentib⁹: instās aūt habet esse indiuisibile: ꝛ ideo suuȝ corruptū esse nō est posterius ad eius corrumpi: sicut ꝛ eius generacō esse nō est post ei⁹ generari. Et cū dicitur ꝙ corruptuȝ esse est terminus corruptionis: ꝛ sic est posterius eadem. Dicendū ꝙ verum est in rebus habentibus diuisibile esse ꝛ tēporale: sed in rebus indiuisibilibus nō est verū sicut etiam in talib⁹ generatum esse non est posteri⁹ generatione: vt dicitur in io. ethi. de delectatione: ꝛ similr̄ de aliis indiuisibilib⁹.

¶ Sed contra predicta oriuntur quedaȝ difficultates. Primo de instāti ſm substantiā quid sit illud: aut enim est idem essentialiter cū ipso mobili: aut accn̄s ei⁹. Nō est dicendū ꝙ sit essentialiter cū mobili: q2 sic non esset mensura eius: cū nihil sit mēsura sui ipsius. Si verū est accidens mobilis querit̄ in quo genere sit illḋ: aut in genere q̄titatis aut qualitatis: aut in aliquo alio: hoc enī nō est satis manifestuȝ. ¶ Item mēsura debet esse notior mensurato: vt manifestū est. io. metaph. nunc autēȝ ipsuȝ instās nō est notius mobili: imo econuerso ſm Cōmentatorē expsse. Dicit̄ enim ꝙ translatum est: cū hoc qḋ est prius instanti in esse est apud nos notius. Forsitā

t.c.io4.

Cōmentator ibi loquitur de instanti ſm esse: ꝛ nō de instanti ſm substantiam. ¶ Item dubitat̄ de instanti ſm esse: cū enīȝ instans ſm esse sit mēsura ipsius mutati eē: vt omnes concedunt: ꝛ nihil est sui ipsius mēsura. videtur ꝙ ip'um instans ſm esse non sit idem essentialiter cum mutato esse: cuius oppositum dicebatur prius.

¶ Ad primum istorum videtur dicendū: ꝙ instans ſm substantiam nō est idem essentialiter cum ipso mobili: sed cum queritur in quo predicamento debet esse ipsuȝ instans ſm substantiam: de hoc nō est multum exquisitum: potest dici forte ꝙ est in genere quātitatis. Est enīȝ vnitas ei⁹ quod fertur idest vnitas mobilis: sicut videtur velle phs in littera: ꝛ hoc forte est ꝑncipiuȝ numeri quo ipsuȝ mobile numerat̄ cū aliis mobilibus. Si aūt queratur quare ipsa vnitas magis dicit̄ instās ꝙ̄ substātia mobilis: cū tamē substātia mobilis nō sit instans ſȝ mora ꝛ fluens. Dici pōt ꝙ licet substātia mobilis sit ꝑncipale subiectuȝ motus: tamen ad vnitatem motus necessario requiritur vnitas mobilis: vt pȝ in. 5. hui⁹. ꝛ iō ista vnitas dicitur instans ſȝ esse: quod est dispositio ad motum vnum. Et alii dicūt ꝙ non esset magnum incōueniens ꝙ ipsum instans ſm substantiam esset ipsamet substantia mobilis. Ista enim substātia mobilis est illa que principaliter subiicitur motui: ꝛ que est nō stans. i. nō manens sub eodē esse: dicitur tamē mobilis vt substat motui: ꝛ dicitur instās vt substat fluxui qui est tempus. Et cū dicitur ꝙ instans ſm substantiaȝ est mensura ipsius mobilis ꝛ nihil est mensura sui ipsius. Diceretur ꝙ hoc nō est verum: nec habetur hoc ab Arist. in littera. nec est demōstratū sufficiēter. s. ꝙ instans ſm substātiam sit mensura mobilis: imo mensura mobilis q̄tum ad eius magnitudinē est aliqua q̄titas: que aliquotiēs sumpta reddit totam magnitudineȝ eius permanentē: mensura aūt eius q̄tum ad suam substantiaȝ est eternitas: ꝛ loquor de mobili primo: ꝛ vniuersalr̄ de corpore celesti: est. n. eternū ſm substantiaȝ vt pȝ ex ꝑmo celi ꝛ mundi. Primū tamen dictū. s. ꝙ instans ſm substantiaȝ est vnitas ipsius mobilis: ꝛ ꝙ est aliud eēntialiter a substantia mobilis: est cōius ꝛ magis creditur esse de intētione Arist. ꝛ Cōmētatoris. ¶ Ad aliud dubium cuȝ dicit̄. mēsura ꝛc̄. Ad hoc dicūt aliqui ꝙ ꝑ mobile nos possumus itelligere duo. Uno⁰ subaȝ ꝛ nām ipsi⁹ mobilis nō cōprehēdendo illā dispōne͂ que dī instās ſȝ sbaȝ ꝛ sic mobile hn̄ ē noti⁹ instāti. ꝛ hō mō itelligit Cōmētator. Uel per mobile possum⁹ itelligere nāȝ mobilis cōprehēdendo istā dispōnē eius: ꝛ sic ipsuȝ istās ſȝ se sumptū noti⁹ est mobili: ꝛ est ei⁹ mēsura. Sed istud nō videtur stare: q2 si illud totū aggregatū ex nā mobilis ꝛ ista dispō est min⁹ notū ipso istāti ſȝ se sumpto: aut istud cōuenit illi istāti rōne nāe mobilis: aut rōne illi⁹ dispōnis: aut rōne toti⁹. Nō ꝑmo mō: q2 tn̄ ꝯcessuȝ ē ipȝ mobile noti⁹ esse instāti. Nec 2⁰ mō: q2 sic instans esset minus notū seipso. Nec 3⁰ mō. q2 totū est notius apḋ nos suis ꝑtibus: vt pȝ in ꝑmo hui⁹. quare ꝛc̄. Et iō dōm est aliter ꝙ ipm instās ſm substātiā nō est mensura ꝓprijssime dicta respectu mobilis: sic enīȝ sequeret̄ ipȝ eē ꝑus ꝛ noti⁹: ꝛ per sui replicatione͂ cōstitueret mobile: qḋ nō ꝯceditur: sed est mensura improprie dicta: sicut enīȝ mēsura ꝛ ꝓprijssime dicta est vnitas simplr̄ que est ꝑncipiū numeri est quid indiuisibile in numero: sic etiā ipsuȝ instans ſm subam est qḋ indiuisibile ex pte in mobili: indiuisibile dico simplr̄: vel in tali genere: ꝛ sicut mēsura aliquotiēs sumpta reddit totū mēsuratū ꝑcise sic ipsuȝ instans ſm subaȝ nō excedit mobile nec excedet ab eo: ſȝ ei respōdet sicut tēpus mobili: q̄re ꝛc̄. in quare viderimus.

T.c.34

T.c.20.

T.c.4.

¶ Ad aliā dico ꝙ mutatū eē est duplex. Unū est mutatū esse qḋ est in p̄mo mobili: ⁊ aliud est qḋ est in aliquo alio mobili a p̄mo. Nūc aūt dico ꝙ ipsū mutatū eē p̄mi mobilis est mēsura mutatoꝝ esse alioꝝ mobiliū: sic etiā mot⁹ p̄mi mobilis est quodāmodo cā oīuʒ alioꝝ motuū: vt pȝ in .8. hui⁹. ſȝ mutatū eē istoꝝ mobiliū inferioꝝ nō est mēsura mutati eē corporis celestis nec eius cā. q̄re nō valet. Et si queras quid igit̄ est mēsura mutati eē qḋ est in p̄mo mobili: dicerē ꝙ nulla est eius mēsura ꝓprie sed ipsuʒ est mēsura alioꝝ quēadmodū motus p̄mus nō mēsurat̄ aliquo alio motu. Qꝛ aūt mutatū eē p̄mi mobilis sit instās. hoc pȝ ex dictis. Nā sicut motus p̄mus est mēsura oium istoꝝ motuū iferioꝝ: vt dī ī isto 4. sic indubitāter mutatū esse p̄mi mobilis est mēsura mutatoꝝ esse istoꝝ inferioꝝ: ⁊ nō est aliqḋ mutatū eē in isto mūdo inferiori quin reducat̄ ad aliqḋ mutatū eē celi. nunc aūt videt̄ nihil aliud esse mēsura mutati esse nisi instās: quare sequit̄ ꝙ ipsuʒ mutatum esse p̄mi mobilis sit ipsum instans primo ⁊ principaliter dictum.

T.c.76. T.c.114.

Ad rationes

pȝ ex dictis. due eni p̄me bene ꝓbāt ꝙ instās ſȝ se est aliḋ ⁊ aliud: ſȝ de instāti ſm substātiā nō ꝯcludūt. ¶ Ad 3ᵃᵐ dico ꝙ simile est de puncto in linea ⁊ de instāti in tēpore ī hoc ꝙ sicut punctus ꝯtinuat ptes linee: sic instās ꝯtinuat ptes tēporis. Sȝ in alio est dissimile: qꝛ pūctus ē qd permanēs ⁊ quiescēs: ⁊ ideo pōt eē aliḋ ⁊ aliud: ſȝ ipm instās ſm substātiā semꝑ mouet̄: ⁊ ideo nō manet ideʒ ſm esse. Et iō dōm est statiʒ ꝙ rō bene ꝯcludit de instāti ſm esse: ⁊ illud est qḋ cōparat̄ tēpori: vt punct⁹ ad lineaʒ: ⁊ iō soluta est ex dictis. ¶ Ad aliā sīr dico ꝙ instās ſm esse nō manet idē ſȝ instās ſm substātiā manet idē ſm illḋ qḋ est: licet esse diuersuʒ accipiat sicut ⁊ ipsum mobile. q̄re ⁊c̄. ¶ Ad aliḋ sīr dico ꝙ indiuisibile motus. s. mutatū esse nō manet vnū ⁊ idē: ⁊ iḋ nec instans ſm eē: ⁊ hoc cōcessuʒ est. ¶ Ad aliā cū dicit̄: ꝙ tunc instās ⁊c̄. nego ꝯñam. ⁊ cū ꝓbat̄. qꝛ illud qḋ est in aliquo diuisibili ⁊c̄. pōt dici ꝙ verū est si sit in diuisibili sic perfectio in suo pfectibili: vl' sic forma inherēs subo: ſȝ si est in eo sic ꝯtinuās ei⁹ ptes: nō opȝ ꝙ sit diuisibile ſm ei⁹ diuisionē. Uel dicat̄ ꝙ rō bñ ꝯcludit ꝙ instās ſm eē nō est vnū ⁊ ideʒ in toto tēpore ſȝ diuersum. Instās tñ ſm substātiam est vnū ⁊ ideʒ sub toto tēpore sic dispō mobilis necīa ad vnitatē motus nō sic forma pficiēs ipm tēpus: ⁊ ideo nō valet ista ratio. Questio. XXII.

Consequēter querit̄. Utrꝫ instans causat tps. ¶ Arguit̄ p̄mo ꝙ nō. qꝛ si istās causaret tps: tūc ipsuʒ tps esset cōpositū ex instātib⁹: qḋ est impole: vt pȝ ex .6. hui⁹. Et ꝓbat̄ ꝯña. qꝛ si instans causaret tps: hoc videret̄ eē p sui fluxū: nō sic eēt de instāti si flueret ad cāndū tps sic de indiuisibili si moueret̄ ad ptrāseūdū aliqḋ spatiū: ſȝ si indiuisibile moueret̄ p spatiū aliqḋ: sequeret̄ ꝙ illud spatiū eēt ex indiuisibilibus cōpositū: vt ōndit̄ in .6. hui⁹. g̃ sīr si instās flueret ad causandū tps oporteret ꝙ tēpus esset cōpositū ex instantibus. ¶ Itē ꝯfirmat̄ ista ratio. si instās causaret tēpus hoc esset altero istoꝝ duoꝝ modoꝝ. vel ꝙ p sui fluxū causaret tēpus ipsuʒ vel ꝙ fluxus eius esset ipsuʒ tps. Nō p̄mo mō. qꝛ si instās per sui fluxuʒ causaret tēpus: oporteret ꝙ ille fluxus cū sit quid successiuū vl' eēt tps vel motus: nō est dōm ꝙ sit mot⁹: qꝛ motus est fluxus mobilis: ⁊ sic nō est flux⁹ instātis. g̃ fluxus si ipsius est fluxus est ipsumet tēpus. Uñ si instās per sui fluxuʒ esset tps tūc est dicere ꝙ instās per tēpus causet tēpus: qḋ est ridiculū. ¶ Iteʒ si dicat̄ ꝙ instās causet tps sic ꝙ ipsum tps sit fluxus instātis. adhuc videt̄ incōueniens. Cuʒ enim fluxus sit in eo qḋ fluit subiectiue sequeret̄ ꝙ tēpus esset subiectiue in instāti: qḋ est absurduʒ. q̄re ⁊c̄. ¶ Itē si instās causaret tēpus: tūc instās ⁊ tps sīl eēnt: causa eni ⁊ causatū simul sunt ⁊ nō sunt: vt pȝ i. 2. hui⁹. ⁊ in. 5. metaph. hoc aūt est incōueniens. qꝛ instās est indiuisibile: tempus autem est diuisibile. quare ⁊c̄.

T.c.88. T.c.36. T.c.3.

Oppositum

arguitur auctoritate Cōmētatoris in .17. cōmēto hui⁹ capituli. vbi dicit ꝙ instās qḋ est agens tēporis est idē in omni motu: cuʒ fuerit demonstratū. ⁊ in .18. cōmento. dicit ꝙ instans agit tempus: sicut translatum translationeʒ.

Cō.103. Cō.104.

Ad questionem

est intelligēdū ꝙ sic dictū est p̄us. Instās accipit̄ vel pōt ꝯsiderari dupl'r. Uno mō ſm subām. Alio⁹ ſm esse. Instans ſm substātiā dicit̄ esse mensura ꝓpria ipsius mobilis ſȝ se: quēadmodū tēpus est mēsura motus. Instās aūt ſm eē est ipȝ mutatū eē qḋ ꝯtinuat partes fluxus adinuicem vel quod terminat ipsum fluxuʒ. ¶ Tunc dico ad questioneʒ primo ꝙ instans ſm substātiam nō est causa per se proprie ⁊ principalis ipsius termīnus: qḋ ꝓbat̄. qꝛ vel eēt causa mālis vel efficiēs: vel forma vel finis. Nō est causa mālis siue subȝ p̄ncipale. qꝛ hmōi subȝ p̄ncipale est ipsuʒ mobile qḋ subijcit motui: qui est flux⁹ ⁊ tps: nec est efficiēs qꝛ cā efficiens temporis est ipsū mouēs: istās aūt nō est mouēs. Et hoc eēt aliqui ꝓbant sic: qꝛ ipsuʒ instans est de genere q̄titatis. q̄titas aūt nō est p̄ncipiū actiuū: vt dīc Cōmēta. in .4. hui⁹. Nec est cā formalis: qꝛ tēpus ipsuʒ est quedaʒ forma accñtalis. Uñ nō habet cām formalē ꝓprie: vt cōiter dicit̄. Et ꝯfirmat̄: qꝛ causa formalis cuiuslibȝ est ei⁹ quidditas vel pars p̄ncipalioꝛ quidditatis: vt dicit̄ i. 7. metaph. ipsuʒ aūt instās ſm substātiā qḋ est vnitas ei⁹ qḋ fertur nō est quidditas tēporis: nec pars p̄ncipalioꝛ quidditatis: vt manifestū est cuilibet intelligēti. Nec eēt est causa finalis ipsi⁹ tēporis: qꝛ finis tēporis videt̄ esse terminus ipsi⁹ tēporis: cū enim tps sit essencial'r fluxus mobilis ad aliquē gradū pfectionis vel ad vbi aliqḋ: vr̄ ꝙ hmōi gradus vel vbi est finis ꝓpinqu⁹ ipsi⁹ flux⁹: ⁊ per ꝯñs finis tēporis. ergo instās ſȝ substātiā nō ē cā finalis tēporis. ¶ 2° dico ꝙ hmōi istās reducit̄ aliquo modo ad gen⁹ cause mālis qꝛ ōis dispositio necessario requisita ⁊ p̄supposita ad eē alicuius in subiecto reducitur ad causaʒ mālē. hoc cōceditur quasi ab oībus: vnde calidū ⁊ frigidū ⁊ humidū ⁊ siccum dicunt̄ cā mālis gñationis mixti: vt pȝ in .4. metheo. ſȝ ipȝ istās ē hmōi. Nā tps cū sit passio mot⁹ requirit vnū motū. Unitas aūt mot⁹ requirit vnitatē mobilis: vt pȝ in .5. hui⁹. ⁊ sic vnitas mobilis que dicit̄ instās ſm substātiā requiritur ad esse tēporis necīo. q̄re ⁊c̄. Instās aūt ſm eē nō videtur etiā esse causa ꝓprie dicta ⁊ p̄ncipalis ipsi⁹ tēporis: sed est ꝯtinuatiuū partiū tēporis: ⁊ est sic dispositio necessario requisita: ⁊ p̄supposita ad esse ei⁹ ⁊ vnitatē. Sicut etiā punctus est dispō necessaria ad lineā ⁊ ei⁹ vnitatē. Uel si ponat̄ eē cā tēporis erit cā finalis aliq̄ modo. Termin⁹ eniʒ mot⁹ est aliq̄liter finis ipsi⁹ motus: ⁊ ipm instās ſm esse est termin⁹ motus qui est flux⁹ ⁊ tps.

Cō.84. Cō.7. T.c.114.

Ad primaʒ

rōnē nego ꝯñaʒ: ⁊ ad ꝓbationeʒ dico ꝙ nō est sic de istāti fluēti ⁊ de instāti indiuisibili si poneret̄ moueri. Nā ipm instās nō cōmēsurat se alicui spatio sic indiuisibile faceret si g se moueret̄. Itē ipm instās nō est per se subm ⁊ p̄ncipale ipsi⁹ durationis que est tēpus sicut indiuisibile si moueret̄ foret subm motus. Sȝ instās est solum dispositio quedā necīo req̄sita ad motū vnū ⁊ ad tps. Uerbi grā.

determinata ꝓportio iter q̃litates elemētares ē q̃dam dispositio requisita ad talem colorem: ⁊ tñ color nō est in hmōi ꝓportiōe tāq̃ i subiecto p̄mo. ¶ Ad aliō dico q̄ ipse fluxus instātis .i. duratio illa successiua ⁊ ꝯtinua que est inter diuersa esse instātis est tēpus. Et cū dicitur q̄ fluxus est in eo qō fluit. dico q̄ verū ē in eo qō p se ⁊ p̄ncipalr fluit: sꝫ ipsuꝫ instās nō est qō per se ⁊ p̄ncipalr fluit: ⁊ cuius p̄ncipaliter ē fluxus. Est aūt dispositio necessaria ad fluxum vnū ⁊ fluit per accidēs ad fluxū mobilis cuius est mēsura. ¶ Ad aliaꝫ pꝫ ex dictis. bene. n. cōcludit q̄ instans nō hꝫ ꝓprie ⁊ p̄ncipaliter cāusatem sup tēpus: sꝫ nō sequit quin hꝫ aliquā necessitatē ad eē tempus tāq̃ dispositio subiecti p̄ncipalis. ¶ Ad auctoritates Cōmen. pꝫ per iā dicta. Intelligit enim Cōmen. q̄ instās est causa temporis: q2 est dispositio p̄supposita necessario ad esse temporis ⁊ sic reducit ad genus cause mālis: cuius signū est: q2 dicit Cōmen. q̄ instans agit tempus sicut trāslatū translationē. Trāslatū aūt nō est effectus translationis sm subiectum. quare ⁊c̄.

¶ Minimus autem numerus est qui simpliciter quidem dualitas est ⁊c. Textus commenti. CVIII. Questio. XXIII.

T.c.41.

Ires principiū huius capituli pōt queri. Utrū sit dare minimū tp̄s. ¶ Arguitur p̄mo q̄ sic. q2 Arist. in 2° de aīa. dic̄ q̄ omniū nā cōstatū positus est terminus ⁊ rō magnitudinis ⁊ augmēti: ⁊ pari rōne dꝫ esse positus terminus diminutiōis ⁊ paruitatis. Tp̄s aūt ē quoddā ens ꝯstans a nā vt manifestū ē. q̄re ⁊c̄. ¶ Itē p̄hs in p̄mo hui⁹ dicit q̄ ē dare minimā carnem ⁊ minimuꝫ os: q̄re similr ⁊ tp̄s minimum. ¶ Itē Arist. i de sensu ⁊ sensato vult q̄ ē dare minimū sensibile. ⁊ p eādē rōnē vr̄ q̄ sit dare minimuꝫ tempus. ¶ Itē Aristo. in 6° huius. vult q̄ codē mō inuenit finitas ⁊ infinitas. Cōtinuitas ⁊ diuisibilitas: ⁊ alia in motu sicut i magnitudie: tū igit ex pte magnitudinis nālis inq̄ntū talis sit dare minimuꝫ: ergo ex parte tēporis. ¶ Itē arguit auctoritate Cōmen. p̄mo auctoritate ei⁹ in 3° supra diffinitionē motus. ipse dicit ibi q̄ si aliquid augeat per digitalē quantitatē in vno anno. Certuꝫ est q̄ minimuꝫ tempus sensibile non hꝫ partem sensibilem illius digiti sibi correspondentē ex quo vult q̄ est tempus minimuꝫ. ¶ Item Cōmen. in 6° huius. Cōmē. 32° dicit q̄ primū in gn̄atione est p̄mū qō potest inueniri de generato: ⁊ dicit q̄ est determinate q̄ntitatis: ⁊ exemplificat de igne qui potest esse minima pars ignis: ex quo sequitur si sit p̄muꝫ in generatione: erit minimum quod possit accipi de generatiōe: ⁊ sequitur: si motus vel mutatio sit minima: eius mensura vt tempus erit minimuꝫ. ¶ Item in 8° physicorum. Cōmentu. 23° q̄ partes motus in alteratione ⁊ augmentatiōe nō diuidunt sꝫ partes temporis. sed est dare primā peꝫ motus: vnde dicit postea ⁊ codē cōmēto q̄ p̄ma pars motus noui fit subito idest in instanti. certū aūt esse videt q̄ non loquit de instāti qō est simplex ⁊ oīno indiuisibile: q2 prima pars motus noui ē motus. Motus aūt nō fit i instāti qō est oīno indiuisibile: ergo intelligit per instans aliqō tēpus minimū quo nō potest esse minus. ⁊ per primū in motu motū minimū: q2 certū ē q̄ si non esset motus minimus non esset p̄mus in motu. ¶ Itē in codē cōmento hētur q̄ in augmentatione minima partiuꝫ magnitudinis facta est determinata in intellectu actu: ⁊ si licet hec est minima pars mot⁹ ⁊ minima pars tēporis cū motus ⁊ tempus cōsequātur magnitudinē. ¶ Iteꝫ Aristo. vult

T.c.36

T.c.36. 38.39.

Com.6.

C6.32.

C6.23.

in de sensu ⁊ sen. q̄ cōgelatio fit tota simul: sed nō videtur fieri tota simul .i. in instāti indiuisibili: ergo fit in aliquo tempore insensibili ⁊ illud est minimum. quare ⁊c̄.

Oppositum arguit auctoritate Arist. in lr̄a: vbi dicit q̄ tp̄s minimū sm numerū est vnū aut duo. sꝫ magnitudinē aūt nō est: ⁊ itelligit p̄hus per magnitudinē tēporis eius ꝯtinuitatē. Uñ manifestū est ipsum intendere q̄ tp̄s sm suam continuitatē non hꝫ minimū. ¶ Item ipse ꝓbat in 6° huius. q̄ non est dare p̄mum nec in motu nec in tēpore: si tñ esset dare minimum motū esset dare primū. quare ⁊c̄.

T.c.108

T.c.46

Ad primam rationem potest dici q bene contingit substantias esse contrarias fm suas qualitates: non autem fm se ipsas primo. ¶ Similiter ad aliam: sufficit .n. ad hoc vt substantia sit corruptibilis q habeat contrarium fm suas dispositiones proprias .s. fm suas naturales qualitates quas requirit in materia. ¶ Ad aliam bene concludit q inter substantias est contrarietas que est oppositio inter magis perfectum et minus perfectum. ¶ Ad aliam potest dici: q principia substantie per se et principalia sunt substantie: sz principium substantie per accidens et dispositiuum: non oportet q sit substantia. Priuatio autem est principium substantie non per se et primo: sed solum dispositiuum vel per accidens aliquo modo. vt dictum fuit in primo huius. ¶ Ad aliud potest dici q ad contrarietatem effectuum non requiritur contrarietas causarum: sed sufficit q sint diuerse et disperate: et sic est hic. ¶ Ad aliam pz ex dictis: ignis .n. et aqua sunt contraria fm suas qualitates: sed non fm suas essentias saltem verissima contrarietate. ¶ Ad aliam potest negari maiorem: lumen .n. recipit magis et minus. vt manifestum est: et tamen non habet contrarium proprie dictum: sz priuatiue oppositum .s. tenebram. vt dicitur in .2. de anima. Et cum dicitur q magis et minus prouenit ex permixtione contrariorum. verum est in habentibus contrarium: sed non est vniuersaliter verum: immo magis et minus potest esse ex maiori vel minori dispositione subiecti ad talem qualitatem vel formam: vel ex maiori aut minori virtute agentis vel ex aliqua alia causa. ideo et cetera.

T. c. 7a

¶ Neque iam est in ad aliquid: contingit .n. altero mutante verum esse alterum nihil mutans. quare secundum accidens motus horum est et cetera.

Textu commenti. X. Questio. IIII.

Consequenter queritur. Utrum relatio possit attribui alicui de nouo nulla transmutatione facta in ipso. ¶ Arguitur primo q non. quia sicut est de qualitate: sic videtur esse de relatione per conuenientem similitudinem: sz qualitas non potest attribui alicui de nouo nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso. vt manifestum est: et omnes concedunt. ergo et cetera. ¶ Item nullum ens reale potest attribui alicui nulla transmutatione facta: in hoc .n. videntur differre entia rationis et entia realia: quia entia rationis .s. conceptus intellectus possunt attribui aliquibus nulla transmutatione facta in ipsis. vt lapis potest esse intellectus nulla transmutatione facta in ipso lapide. Sed entia realia non videntur de nouo attribui aliquibus nisi fiant alique transmutationes in ipsis. Relatio autem est ens reale preter animam humanam: et dato q nullus homo intelligeret: adhuc vnus homo esset pater alterius et alterius filius: et non posset esse pater nisi fm paternitatem. similiter autem et in alijs multis. quare et cetera. ¶ Item omne quod aliter se habet nunc q prius videtur esse transmutatum. hec videtur manifesta in .6. huius. Sed omne illud quod nunc refertur aliqua relatione reali et prius non referebatur se habet aliter nunc q prius: si enim penitus et eodem modo se haberet nunc. vt prius: tunc sicut prius non erat relatum sic nunc non est relatum: et sic esset relatum et non esset relatum simul: quod est impossibile. quare et cetera.

T. c. 37.

Oppositum arguitur auctoritate Aristo. in isto 5. probat .n. q ad relationem non est motus p hoc q aliquid refertur ad alterum ad quod prius non referebatur: refertur dico ipso non mutato: sz mutato aliquo altero: et hoc dicit his verbis. Contingit enim altero mutante verum esse alterum nihil mutans. Et confirmatur ratio sic fm expositores: in quocumque genere est motus nihil illius generis inuenitur in aliquo de nouo absque eius mutatione: sz contingit verum esse aliquid dici relatiue ad alterum altero mutato: ipso tamen non mutato. quare et cetera.

T. c. 10.

De questione est intelligendum sicut communiter dicitur: et accipitur ex .5. metaphy. q duplex est relatio. Quedam .n. est relatio realis: et quedam est relatio fm rationem seu intellectum. Relatio quidem realis est illa que habet esse extra animam preter operationem nostri intellectus vt paternitas et filiatio et alie huiusmoi relationes multe. Relatio quidem rationis est que non habet esse extra animam actu: sed habet esse per actum intellectus nostri sicut communiter exemplificatur de identitate qua aliquid dicitur idem sibiipsi. Ista enim identitas non potest esse relatio realis scilicet que sit extra animam realiter differens a suo fundamento. Nam si identitas: qua sor. est idem sibiipsi esset relatio realis differens essentialiter et realiter a substantia sortis preter omnem actum intellectus: tunc esset processus in infinitum in entibus actu existentibus extra animam: quod reputatur impossibile. Probo consequentiam: quia si illa iden-

T. c. 10.

titas est relatio realis preter animam: cum vnūquodq̄ sit idē sibiipsi necesse erit q̄ ipa identitas sit eadē sibiipsi ⁊ per identitatē realē: ⁊ illa similiter identitas est eadē ⁊ per identitatē realē: ⁊ sic in infinitū. Non.n.est alia sibiipsi per aliā idētitatē: ⁊ sic in infinitū. Non.n.est alia qua ratio q̄re aliqua res sit eadē sibiipsi per identitatē realiter ⁊ nō alia. quare ⁊c̄. Idētitas ergo qua aliqd dicit idē sibiipsi fm cōem doctrinam: nō est relatio realis exñs actu extra animā ⁊ realiter diuersa a suo fundamēto: sz est relatio fz intellectū. Nā itellectus pōt itelligere aliquid nō esse diuersū a seipso: ⁊ sic vtit vno: vt duobus inquantū intelligit ipsū vt nō diuersum: ⁊ vt illud a quo nō est diuersū ⁊ sic constituit relationē idētitatis. Utrū aūt hoc sit omnino verū .s. q̄ idētitas que res extra animā exñs nullo modo sit res extra aiā ho na speculatio est: sed ad p̄sens nō dico determinādo sz narrādo. Ulterius p̄intelligendū est q̄ relatiua diuersa diuersimode referunt adinuicē. Quedā.n. referuntur per diuersas relatiōes exñtes in eis: ita q̄ in suba vtriusq̄ extremi fundat relatio. vt pater ⁊ filius dñs. ⁊ seruus. duplū ⁊ dimidiū. ⁊ multa talia. Quedā vo referuntur nō p diuersas relatōes exñtes i eis: ita q̄ relatio nō fundat in suba vtriusq̄ extremi: sz in vno extremorū ⁊ aliud extremorū nō refert ad alterū: nisi q̄ alterū refertur ad ipsū. sicut docet Aristo. i 5° metaphy. de intellectu ⁊ intelligibili: ⁊ similiter de sensu ⁊ sensibili: sensibile enī actu sensatū nō refert ad sensū actu sentientē: nisi q̄ actu sensus sentiens refert ad sensatum: ⁊ sic sensatio qua sensibile dicit sensatū: nō est alia a sensatiōe qua sensus actu sentiēs dicit: ⁊ illa sensatio est in sensu subiectiue: nō aūt i sensibili extra animā. sic relatio qua sensatū dr ad sentiēs nō est alia a relatōe qua sensus dr ad sensatū: ⁊ ē in ipso sensu subiectiue: nō aūt in sensibili ⁊ hāc puto eē intētionē Arist. in 5° metaph. caplo d ad aliqd.

T.c.20.

¶ Ulterius considerandū est q̄ relatio pōt attribui alicui dupl'r. Uno mō tanq̄ subiecto. Alio mō tanq̄ termino n̄ tanq̄ subiecto: ⁊ hoc est ratiōabile: q̄ ipsa relatio est respectus quidā ad aliud vt ad terminū. ⁊ ideo hoc hz spāle iter accidētia q̄ possit attribui alicui tanq̄ termino: qd nō est eius subiectū. ¶ Itē intelligendū est q̄ duplex est transmutatio. Quedā est trāsmutatio p̄prie dicta .s. trāsmutatio diuisibilis ⁊ successiua. Alia est transmutatio indiuisibilis ⁊ instantanea: ⁊ ista dicit improprie dicta. vt habetur in 6° huius.

Tunc dicunt aliqui ad q̄onē q̄ nulla relatio realis pōt attribui alicui de nouo nisi aliqua trāsmutatio facta sit i ipo saltē trāmutatio īdiuisibilis. 2° dicūt q̄ bene pōt attribui relatio realis alicui de nouo sine trāsmutatiōe p̄p̄e dicta ⁊ successiua. ¶ Primū p̄bāt rōne p̄us inducta: q̄ oē qd se hz nūc aliter q̄ p̄us est trāsmutatū. hoc ē per se manifestū: sed omne cui nunc attribuit aliqua relatio de nouo ⁊ nō p̄us aliter se hz nūc q̄ p̄us: q̄ dēt q̄ oīno eodē mō se haberet nūc vt p̄us ⁊ nullo mō aliter: tūc sicut p̄us se nō habebat ad aliud sic nūc nō se hz ad aliud: ⁊ sic sicut p̄us nō attribuebat ei relatio sic nunc nō attribuit ei relatio. quare ⁊c̄. ¶ Tūc ōndit 2m: q̄ si sor. nōc est albus ⁊ erās generat aliquis albus: tūc sor. erit similis illi albo: cū p̄us nō eēt similis ⁊ nulla vera trāsmutatio .s. successiua facta ē in sorte. Cōstat aūt q̄ similitudo est quedā relatio. quare ⁊c̄. ¶ Sz istud nō videt sufficere ad intentionē Aristo. q̄ Arist. vult p̄bare q̄ ad relationem per se nō est motus: ex eo q̄ relatio pōt attribui alicui nulla transmutatiōe successiua facta in eo. Si autē posset p̄bari q̄ ad relationē nō est motus per hoc q̄ relatio pōt attribui alicui nulla transmutatiōe successiua facta in eo: similiter posset probari q̄ ad qualitatē non est motus: q̄ certū ē q̄ aliqua q̄litas pōt attribui alicui de nouo nulla mutatiōe diuisibili successiua facta i ipo: sicut presente corpore luminoso aer illumīatus ē de nouo, nullo motu diuisibili facto in ipso: ⁊ sic p̄cluderet q̄ ad qualitatē nō ē motus: qd est oīno incōueniēs. Ergo vel opz dicere q̄ vel ratio Aristo. nō valz: vl' q̄ ad qualitatē nō ē motus sicut nec ad relationē: vel q̄ Aristo. intelligit q̄ relatio pōt acq̄ri i aliquo de nouo nulla penitus transmutatiōe facta in ipso .s. nec trāsmutatiōe diuisibili nec indiuisibili. Et ideo dico aliquantulū aliter: ⁊ dico p̄mo q̄ relatio realis nō pōt esse in aliquo de nouo tanq̄ in subiecto: nisi aliqua trāsmutatio facta sit in ipso. Et hoc p̄bo ratiōe p̄us dicta que videt īsolubilis. 2° tñ dico q̄ relatio bene pōt alicui attribui tanq̄ termino, nulla penitus transmutatiōe facta in ipso: ⁊ hoc pōt declarari inducēdo in aliquibus relatiōibus: q̄ constat q̄ esse dextrū ē esse relatū. modo aliqd pōt dici dextrū nunc qd p̄us non erat dextrum nulla transmutatiōe facta in ipso: vt si colūna nūc est ad sinistrum alicuius hominis. ipso homine mutato aliqualiter ⁊ colūna penitus nō mutata: verū erit dicere ipsū eē dextrū. ⁊ ecōuerso. Similiter pōt contingere q̄ aliquis color nūc est visus ab aliquo ⁊ prius nō erat visus nulla mutatiōe facta in ipso colore: ⁊ tamē esse visū ⁊ vniuersaliter eē cognitū vel est esse relatū vel nō est sine aliqua relatiōe. q̄re ⁊c̄. ¶ Et est p̄siderandū q̄ in hoc differt relatio a qualitate ⁊ quātitate: ⁊ ab alijs accidētibus absolutis: q̄ nunq̄ aliqua quātitas attribuit alicui d nouo qualitercūq̄ nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso. Certū enī est q̄ nulla qualitas attribuit alicui de nouo tanq̄ subiecto nisi aliqualiter sit transmutatū. Qualitas enī nō attribuitur alicui de nouo tanq̄ termino sine trāsmutatiōe: quia ipsa nō est accidēs respectiuū per se ⁊ essentialiter. ⁊ ideo nō attribuit alicui solū tanq̄ termino. Si quis autē dicat q̄ relatio realis pōt attribui alicui de nouo tanq̄ subiecto nulla penitus transmutatione facta in ipso reali. Iustum est vt hoc probet cum non sit per se notū: ⁊ soluat rōnē in p̄riū: q nō apparēt mihi ad p̄sens. ¶ Ad rationes patet ex dictis.

¶ Neq̄ agentis aut patiētis. Neq̄ omnis qui mouetur aut mouētis: quia non est motus motus: nec generatiōis generatio: neq̄ omnis mutatiōis mutatio. Textu. cō. x. Qō. V.

Consequēter q̄rit. Utrū motus accipiat esse per motū. ¶ Arguit p̄mo q̄ sic. Q̄r oē nouū accipit esse p motū. Sz aliq̄s ē motus nouus vt visum ē. q̄re ⁊c̄. Maior apparet: q̄ p̄stat q̄ aliq nous accipiūt eē p motū. ⁊ nō vr esse rō quare aliqd nouū accipiat eē p motū ⁊ aliud sine motu. g̃ oē nouū accipit eē p motū. ¶ Itē cū aliqua sunt eadē essentialr si vnū accipit esse per motū ⁊ alterū: hec videt manifesta: sed motus ⁊ terminus motus sunt vnū ⁊ idē eēntialiter: vt p̄ceditur quasi ab omnib⁹: ⁊ terminus motus accipit eē per motū vt visū est. ergo ⁊c̄. ¶ Itē omne q̄ depēdet ab efficiente accipit esse per motū. Nā efficiens ē p̄ncipiū. vnde motus fm Aristo. in 2° hui⁹ ⁊ in 5° metaph. sed motus depēdet ab aliquo efficiente .s. ab ipso motore. quare ⁊c̄. ¶ Itē nisi motus exiret in esse per motū: tunc motus per viā nature posset deduci ex nihilo: qd ē impossibile fm confessionem omnium philosophorū. in hoc igit oēs cōueniunt qui locuti fuerunt de natura q̄ ex nihilo nihil fit. p̄mo huius. p̄ntia p̄bat: q̄ pro alio

T. c.
T. c.
T. c.

non negatur aliquid fieri ex nihilo: nisi qꝛ fit per motum cui oportet aliquid subijci: vt videt ex pͥmo huiꝰ. Si igitur motus posset produci in esse non per motū: tūc non maneret rō: q̄re nō posset ꝓduci ex nihilo. q̄re ꝛc̄.

¶ Oppositū arguit auctoritate Arist. vult eni ꝙ motus nō est motus: nec tanq̄ subiectum nec tanq̄ terminus: omne autē qḋ ꝓducit in esse per motū ē terminꝰ motus. q̄re ꝛc̄.

Ad questionem

dico breuiter: ꝙ motꝰ p se nō ꝓducit p motuȝ: ita ꝙ sit per se terminus motus. Et hoc ꝓbat Arist. in lr̄a multis rōnibꝰ. Sed ad p̄sens: qꝛ rōnes eius vise fuerunt i littera: adiungo quasdā alias. Prima est hec. terminus p se cuiuslibet motus oȝ esse aliquid permanēs. i. qḋ possit existere totū simul: in hoc eni differt motꝰ a termio motus: qꝛ motus est aliquid successiuum: qḋ non p̄t existere totū simul: sed vna parte existēte alia est in potentia. sed terminus motus est ens ꝑmanens. i. ꝙ natus est existere simul: sed nullus motus est ens ꝑmanens: imo successiuus vt manifestū est. q̄re ꝛc̄. ¶ Item si motus esset per se terminus motus sequeret ꝙ eēnt infinite sp̄ēs motuum: qḋ videt oīo impossibile. Sicut nō sunt infinite sp̄ēs entium. Et ꝓbat ꝯn̄a. qꝛ si aliquis motus eēt ad motū vt ad per se terminū: aut esset ad motū eundē specie cum ipso: aut alterius speciei. nō est dicēdū ꝙ motus sit ad aliū motum eiusdem sp̄ēi: vt ad per se terminū. Ridiculuȝ enim esset dicere ꝙ dealbatio sit ad dealbationeȝ vt ad per se terminū: qꝛ similiter illa dealbatio esset ad dealbationeȝ 7 illa ad aliā. 7 sic in infinitū. Et nunq̄ aliquis motꝰ cessaret manente suo subiecto qḋ incipit mouere: imo semper post motū sequeret motus eiusdē speciei in infinitū. Et hoc specialiter absurdū esset de motu magnitudinis: qꝛ ſm hoc res nāles nunq̄ perducerent ad perfectā quātitatem per augmētatione: postq̄ semp augmentatio esset post augmentationē in infinitū. nō est ergo possibile ꝙ motus per se termineƚ ad motū eiusdeȝ speciei: quare relinquit ꝙ terminat ad motuȝ alterius speciei. Et tunc queriƚ de illo motu terminante. Utrū termineƚ ad motuȝ eiusdeȝ speciei aut alterius. Si eiusdē incōueniēs: vt p̄us: si alterius reuerteƚ questio vt p̄us: 7 sic in infinitū. 7 sic oportebit eē sp̄ēs īfinitas motuū: qḋ est absurdū. quare ꝛc̄. ¶ Itē hoc posset ꝓbari sic. si motꝰ esset ad motū tanq̄ ad per se terminū. sequiƚ ꝙ aliquid sil' tenderet ad duo ꝯn̄a ſm actū: qḋ videt impossibile oīo. 7 ꝓbat ꝯn̄a. supponēdo aliqua. Primo ꝙ si motus ē ad motū vt ad terminū per se nō erit ad quecunq̄ motū: sed ad motum quē nō contingit simul esse cū eo. i. ad motū sibi oppositum vt dealbatio si est ad motū vt ad per se terminū: nō erit ad quecunq̄ motū indifferenter sed ad denigrationē. Ridiculū. n. eēt dicere ꝙ dealbatio per se esset ad calefactionē tanq̄ ad terminū ad quē. qꝛ terminus ad quē non est simul cum motu qui est ad terminū per se: 7 nō calefactio pōt sil' esse cū dealbatiōe: 7 iō non est ratiōabile vt dealbatio sit ad calefactionē vt ad per se terminuȝ: 7 eadē rō est de quolibet alio motu qui nō opponiƚ dealbationi. Relinquiƚ ḡ ꝙ dealbatio esset ad denigrationē vt ad terminū. Silr aūt 7 de alijs. Scḋo supponēdū est ꝙ per totū t̄ps mobile moueƚ ad illud quod ē per se terminus motꝰ. 7 hoc ē manifestū est per se. Tunc arguat sic. ponat ꝙ aliquid dealbeƚ 7 denigratio ē per se terminus dealbationis: tunc simul cum dealbaƚ moueƚ ad denigrationeȝ. Constat aūt ꝙ illud qḋ dealbaƚ moueƚ ad albedinē. ergo simul moueƚ ad albedinē 7 denigratiōeȝ: sed illud qḋ actu moueƚ 7 tendit ad denigrationē mouetur ad nigredinē. qꝛ denigratio est nigredo saltē imperfecta 7 tendit ad nigredinē perfectam. ergo simul illud qḋ dealbaƚ moueƚ ad albedinē 7 ad nigredinē: qḋ est impossibile manifestum. similiter aūt 7 in alijs. Illud eniȝ qḋ sanabitur moueb̄it simul ad sanitatē 7 ad egritudineȝ mō predicto. ¶ Itē sequiƚ aliud inconueniens ꝙ simul aliquid recedit ab aliquo 7 tendit ad illud idē. Nā illud qḋ dealbatur recedit a nigredine 7 tēdit ad denigrationeȝ. qꝛ denigratio ipsa est ad nigredinē. quare simul aliq̄d recedit a nigredine 7 tendit ad nigredinē: qḋ videt incōueniens. nullus eni motus per se est ab eodē in idē nisi motus localis circularis. vt pȝ ex 8° huius. quare ꝛc̄. ¶ Est tñ intelligendū ꝙ motus pōt terminari ad motū per accidens. qꝛ contingit ꝙ terminato aliquo motu in subiecto in eodē instanti incipit alius motꝰ in isto subiecto: vt aliquo sanato cōtingit ip̄m incipere ambulare. silr aūt 7 in alijs. Sed istud accidit qꝛ terminato aliquo motu potest indifferēter quicūq̄ alius motus icipere in illo subō loquendo de motibꝰ qbus illud subm natū est moueri: vt terminata sanatōe pōt indifferenter incipi cursus aut calefactio aut quicūq̄ alius terminꝰ aut per se motꝰ determinati oȝ esse aliud determinatū 7 vnū. q̄re ꝛc̄. ¶ Item cōclusio ꝓbaƚ sic. nullus motus continuus pōt deficere anteq̄ perueniat ad suum per se terminuȝ. qꝛ si deficeret tunc non esset cōtinuus. Nunc aūt in istis inferiorībꝰ mobilibus quilibet motus pōt deficere anteq̄ incipiat aliꝰ motus: cōtingit eni subm q̄escere sub forma ſm quā est motus anq̄ incipiat alius motꝰ. Uerbi grā. si aliq̄d dealbaƚ cōtingit ip̄m q̄escere sub albedine anteq̄ icipiat moueri illo motu. q̄re ꝛc̄. 7 hec rō bñ habet ex v̄bis Arist.

T. c. 73.

Ad primā

rōnē in ꝯriū cū dicit. oē nouū ꝛc̄. Dico ꝙ sic est intelligenda. oē nouū accipit esse per motū p̄cedente aliquo motu vel in subiecto illius noui: vel in aliquo alio: ita ꝙ illud nouū vel est terminus motus p̄cedentis per se vel cōsequiƚ terminū per se illius motus: sed nō oȝ vlr ꝙ omne nouuȝ incipiat esse per motū cuius illud nouū sit per se terminus. quare ꝛc̄. ¶ Ad aliā cū dicit. quādocūq̄ aliq̄ sunt eadē ꝛc̄. Uerū est si oīo sunt eadē. mō motus 7 terminꝰ motꝰ licet sint eadē essentialiter ſm sp̄ēm loquēdo de motu ꝓ actu fluente: tñ differūt ſm magis ꝑfectū 7 minꝰ ꝑfectū: 7 iō non sunt penitus essentialr̄ eadē. 7 forte nō sūt eadē ſm numerū: sed de hoc inquireƚ post. Sufficit aūt ad p̄sens ꝙ nō oīo sunt essentialr̄ idē: 7 iō vnū eoꝝ pōt acq̄ri per motū 7 aliud nō tanq̄ per se terminꝰ motꝰ. ¶ Alr̄ dicerent aliq̄ ꝙ motus qui est forma fluens bñ est idem essentialr̄ cū termino motꝰ. 7 iste motꝰ bñ accipit esse per motū: sed motꝰ pro fluxu forme non est idē essentialr̄ cū termino motus. q̄re ꝛc̄. sed p̄ma solutio melior ē. ¶ Ad aliā cū dicit: omne qḋ dependet: dicūt aliqui ꝙ verū est si depēdet ab efficiēte sicut per se effectus ipsiꝰ efficiētis. sed si per accidēs non oȝ: mō dūt nullus motꝰ hȝ efficiēs per se: sed solū per accidēs inquātum per ip̄m motū efficiēs facit aliquid per se. Sed istud est bñ dubiuȝ 7 forte est ipoīe ꝙ motꝰ nulloͦ sit ab agēte per se: de hoc aūt videbiƚ alias. si deꝰ voluerit. ¶ Aliter tñ pōt dici cū dr̄. oē qḋ est ab agēte ꝛc̄. Uerū est si sit p̄ncipalr̄ intētū ab agēte: sed si est intētū secūdario ab agēte: 7 ex cōsequēti solum non oȝ ꝙ accipiat esse per motū: cuius sit per se terminus: modo ipse motus nō est aliquid per se 7 p̄ncipaliter intentū ab agente vt motus est sed ē intētus secundario 7 ex cōsequēti intētū nō pōt ꝓducere actū ꝑfectū quē p̄ncipalr̄ itēdit aūt pcedēte motu aliquo mō. Et iō nō opȝ ꝙ motus licet sit ab agēte tanq̄ eiꝰ effectꝰ per se aliquo mō 7 nō pure per accñs accipiat eē per motū: vt per se terminꝰ motus. q̄re nō valet. ¶ Ad aliā cū dicit. ꝙ tunc motꝰ posset fieri 7 nihilo ꝛc̄. nego ꝯn̄aȝ ex ꝓbaƚ.

q2 per aliud nõ conuenit aliqd fieri ex nihilo: nisi q2 fit per motū: põt dici q2 verū est: q2 fit per motū vel tanq̄ ꝑ se terminus motus vel tanq̄ cõcomitans motū ⁊ ꝑsupponens ipm aliquo mõ q̄uis aūt mot⁹ nou⁹ nõ cõcedat esse termin⁹ per se mot⁹: tñ nunq̄ cõtingit mot⁹ nouus: nisi ꝑcedente aliquo motu alio s3 phiã3: ⁊ iõ nõ poterit fieri ex nihilo. ¶ Aliter posset dici q2 nõ solū conuenit aliquid fieri ex nihilo per hoc qđ fit per motū: sed per h̄ q2 o3 ipm prius fuisse possibile fieri. Non eni sic ipossibile fieri. mõ nõ potuiss3 fuisse põle fieri: nisi ꝑcedēte potētia receptiua sui esse ⁊ illa potētia receptiua sī potuit eē in nõ ente neq3 in agēte: sed solū in subo. ⁊ iõ ipossibile ē aliqđ factū eē de nouo: nisi ꝑexistēte aliq̄ subto s3 phm: de hoc aūt habitū fuit in ꝑmo Q.õ VI.

Onsequēter querit. Utrũ i quātitate sit ꝯrietas. ¶ Arguit ꝑmo q2 nõ. q2 in q̄buscūq3 nō est maxima distātia in illis nõ est ꝯrietas. vt p3 ex. 10. metaphy. Sed in q̄titatib⁹ nõ est maxima distātia. q2 nõ est in eis minimū: cu3

T.c.14.

cõtinuū sit diuisibile in ifinitū. nec maximū cu3 in numero sit augmētatio in infinitū vt p3 i. 3. hui⁹: q̄re ⁊c. ¶ Itē si sic tunc quātitas reciperet magis ⁊ min⁹: qđ est falsu3. vt p3 in ꝑdicamētis. ⁊ ꝓbat ꝯña. q2 magis ⁊ minus ꝓuenit ex permixtiõe ꝯrq. vt p3 in isto 5° q̄re ⁊c. ¶ Itē ꝯria sunt adinuicē corruptibilia. vt p3 in ꝑ° de gñatiõe. Sed vna quātitas nõ est corruptiua alteri⁹ vt manifestum est ad sensum. Nā vnū corpus positū iuxta alterū nõ corrūpit ipm. ⁊ Cõmē. dicit in 4° h⁹: q2 quātitates nõ sūt actiue neq3 passiue: saltē per se. q̄re ⁊c. ¶ Itē in predicamētis dicit Arist. q2 quātitati nihil est ꝯriū. q̄re ⁊c. ¶ Item difficilius. si in quātitate esset ꝯrietas: aut esset īter quātitates diuersarū spērū: aut īter q̄titates eiusdē spēi. per cõuenietē ⁊ sufficietem diuisionē nõ īter quantitates diuersaꝝ spēꝝ. q2 iste sunt bñ in eodē subto simul vt linea suꝑficies corpus. ¶ Þ. ab vna istaꝝ nõ fit mot⁹ ad aliā vt manifestū est. nec est dicēdū q2 inter quantitates eiusdem spēi: q2 ꝯria debent differre sm̄ spēm. vt pat3 ex. 10. metaphysice. ⁊ 5°. quare ⁊c.

T.c.68.

T.cõ.6.

Cõ.84.

T.c.14.

T.c.18.

¶ Oppositum vult Arist. in isto 5°. Et aliter nõ esset motus ad quātitate3 sicut nec ad subam. quare ⁊c.

Ad euidentiam

qõnis ē itelligēdū. q2 sicut cõiter dicit q̄titas põt cõsiderari dupl'r. Uno° sm̄ se. Alio° sm̄ q2 est alicuius nãe determinate vt hois aut cuiuscunq3 alterius subenālis. ¶ Itē cõsiderādū est q2 ꝯrietas multipliciter inuenitur accipi i phia. Uno° accipitur cõiter ⁊ quasi ĩproprie ꝓ oppõne que est inter ꝑuationē ⁊ hitu3. ⁊ hoc mõ accipit Arist. in ꝑmo hui⁹: sicut ostensu3 fuit ibi. Alio° dr̄ ꝯrietas oppositio que est inter duas formas diuersas specie eiusdē generis maxime distātes sub illo gñe: ⁊ quaꝝ vna imediate agit ad corruptionē alteri⁹ ⁊ ecõuerso. vt caliditas ⁊ frigiditas ⁊ humiditas ⁊ siccitas: ⁊ ista dr̄ ꝯrietas ꝓprĳssime dicta. Alio° sumit ꝯrietas pro icõpossibilitate duaꝝ formaꝝ eiusdē speciei. quaꝝ vna ē ꝑfectior aliquo mõ q̄ altera: vt dicimus q2 albedo min⁹ intensa est ꝯria albedini fortiori. silr aūt ⁊ in alĳs multis. Et h̄ mõ põt dici ꝯrietas minus ꝓprie dicta l3 sit ꝓpria cõtrarietas respectu illius ꝑmo mõ dicte que est inter ꝑuationē ⁊ habitū. Et hoc mõ loquit Aristo de ꝯrietate in de causis longitudis ⁊ breuitatis vite. vbi dic̄ q2 superabūdans ꝯriat diminuto: vt maior flāma accidit minori. ⁊ hoc ēt mõ loquit Arist in isto 5° i illo capło. qm̄ ãt neq3 substātie: in illa particula: que aūt i eadē spē mutatio. vbi dicit plane q2 magis ⁊ minus que sunt in eadem spē sunt cõtraria aliquo modo. Unī dicit. in min⁹ enim

T.c.19.

vadens in cõtrariū dicet mutare. Posset etiā vocari cõtrarietas repugnantia duaꝝ formaꝝ succedentiū in eodem subiecto in potētia: ⁊ sic forme substātiales possunt dici ꝯrie: ⁊ hec posset dici ꝯrietas magis ꝓprie q̄ ꝑdicta que est inter formas vni⁹ speciei. ¶ Q͂ aūt inter formas substātiales māles sit ꝯrietas aliquo modo ꝓbatū fuit ꝑus: ⁊ post ꝓbari rõne ꝓbabili: q2 sicut forma substantialis ignis ⁊ aque nãliter sunt ꝑores ipsis q̄litatib⁹ suis caliditate ⁊ frigiditate vt oēs cõcedūt: ita rõnabile videt q2 repugnātia forme substantialis ignis ad formā substātiale3 aque sit ꝑor nãliter q̄ repugnantia caliditatis ad frigiditatē: non eni pro alio ꝑncipaliter videnť adinuicē repugnare caliditas ⁊ frigiditas: nisi q2 forme quas consequunť sibynuicē repugnāt: prior ergo est repugnantia istaꝝ formaꝝ substātialiū q̄ suaꝝ q̄litatū dico nãliter: ⁊ sic nõ est penit⁹ eadē repugnantia formaꝝ subaliū ⁊ q̄litatū: s3 alia: cū nihil sit ꝑus nãliter seipso. Omnis aūt repugnantia coꝝ que possunt succedere in eode3 subiecto est oppositio: ⁊ omnis oppõ vel est ꝯrietas vel cõtradictio vel ꝑuatiua oppositio vel relatiua. vt satis p3 ex ꝑdicamētis: ⁊ ex. 10. metaphy. Constat aūt q2 vna forma subalis nõ opponiť alteri vt ꝑuatio habitui ꝓprie: cum ꝑuatio sit per se nõ ens: nec relatiue cū sint entia absoluta: nec ꝯdictorie cū veraq3 sit ens positiuū: ⁊ vnū cõtradictorioꝝ est pure nõ ens. ergo relinquit q2 vna forma subalis opponiť alteri cõtrarie. Ista3 aūt rõnē pono vt ꝓbabilē. q2 nõ est demõstratū q2 repugnantia omnis aliquoꝝ sibynuicē succedentium in vno subiecto sit oppositio. Sed forte hoc debet recipi ꝓ manifesto ⁊ nõ est demonstratū q2 repugnantia formaꝝ necessario precedat vniuersaliter repugnantiam qualitatū suarum. sed ⁊ forte hoc est principium bene dispositis sm̄ intellectum.

His visis

põt rñderi ad qõnē. Primo q2 inter q̄titates nõ ē ꝯrietas iproprie dicta q̄ ē inter ꝑuationē ⁊ hitū oppositio: q2 cõstat q2 vna q̄titas nõ ē ꝓprie ꝑuatio alterius. q̄re ⁊c. Scđo põt dici q2 inter quantitates nulla est ꝯrietas ꝓprĳssime dicta: q2 nõ sunt per se actiue adinuicē nec passiue vt manifestum est ad sensum. Nam vt dicebať arguendo vnu3 corpus approximatū alteri nõ corrūpit ipm: nec vna superficies alia3 corrūpit per se: nec linea lineā. Silr aūt ⁊ in alĳs. q̄re ⁊c. Tertio põt dici q2 inter quātitates bene est contrarietas minus ꝓprie dicta que est ipossibilitas duarū formarū eiusdē speciei. Quarum vna est perfectior alia. Cõstat eni q2 linea sm̄ suā essentiā ē diuisibilis in lineas minores. Et linea minor est minus ꝑfecta q̄ linea maior cuius est pars: sicut vlr omnis pars quātitatiua est iperfectior suo toto. Et linea maior ⁊ mior nõ possūt simul in esse eidē subiecto sm̄ idē. quare ⁊c. Quarto dicendu3 q2 inter quātitates sm̄ q2 sunt alicui⁹ nature est cõtrarietas ꝓpinquior vere cõtrarietati q̄ inter quātitates sm̄ se: q2 due forme maxime distātes abinuicē: quarum vna succedit alteri in eode3 subto magis ꝓpinque sunt vere cõtrarietati q̄ que nõ maxime distant: sed due quantitates sm̄ q2 sunt in nã determinata sunt maxime distātes. verbi grã. Aliqua est quātitas hois: ita magna sub qua maior non põt saluari nã hois. Et aliqua ita parua sub q̄ minori non põt saluari natura hois. Et iste due maxime distāt abinuicē in nã humana ⁊ post minima3 quantitatem nata est succedere maxima. Sed inter duas quātitates sm̄ se sumptas non est maxima distantia. s. que sit inter maximā ⁊ minimū. verbi gratia. inter duas lineas non est maxima distantia: q2 nulla est linea minima s3 secum sit diuisibilis in infinitū. Silr aūt ⁊ in alĳs quantitatibus continuis. Et silr non est maxima distantia inter

duos numeros. qꝛ nullus est numerus maximus quo nõ posset esse maioꝛ: cũ numerus crescat in infinitum. vt pꝫ in 3° huiꝰ. ℭ Et ideo cõiter solet dici ad questionẽ istaꝫ ꝙ in quãtitate ſm ſe nõ est cõtrarietas: ſed in quantitate ſm ꝙ est coniuncta forme naturali: vel ſm ꝙ est quantitas forme nãlis bene est cõtrarietas: qḋ tamen credo sic esse intelligendõ vt in quantitate ſm ꝙ est cõiuncta foꝛmis nãlibus sit cõtrarietas nõ ꝓprijſſime dicta: qꝛ tales due quãtitates alicuiꝰ nãe: quaꝝ vna est maxima ⁊ alia minima nõ sunt sibiĩuicẽ per se coꝛruptiue: vt linea minima sub qua nata est esse forma humana non est per se coꝛruptiua linee maxime nec econuerso. similr aũt ⁊ de alijs quãtitatibus ⁊ naturis. Sed pro tanto dicit̃ esse cõtrarietas in quantitate ſm ꝙ est cõiũcta cũ formis naturalibus. qꝛ cũ ipsa vt sic est cõtrarietas ꝓpinquioꝛ perfecte contrarietati ꝙ̃ in ipsa ſm se ⁊ absolute vt declaratũ est. Nec intelligo etiã ꝙ in quãtitate ſm se ⁊ ſm suã eẽntiam nullo mõ sit cõtrarietas. qꝛ circumscriptis per intellectum omnibus formis nãlibus adhuc linea maioꝛ esset perfectioꝛ aliquo mõ ꝙ̃ linea minoꝛ: sicut totũ est perfectius sua parte. ⁊ sic in essentia linee adhuc esset contrarietas q̃ põt esse inter formã magis perfectã ⁊ minꝰ perfectam eiusdẽ speciei: maginoꝛ ergo ꝙ circũscriptis per intellectũ omnibus formis nãlibꝰ adhuc eẽntia linee realiter esset diuisibilis in infinitum. ⁊ nõ esset diuisibilis nisi in lineas vt omnes concedunt ſm Aristo. in 6° huius. ⁊ in libro de lineis indiuisibilibus. ergo cũ vnũquodqꝫ sit cõpositum ex illis in que diuiditur. sequit̃ ꝙ linea ſm suam essentiam sit cõposita ex lineis. Et cũ omne totũ sit maiꝰ sua parte: sequitur ꝙ linea ſm suam essentiam sit maioꝛ alia linea. ⁊ per ꝯñs perfectioꝛ aliqualiter ⁊ alia minor ⁊ minus perfecta. ⁊ sic inter eas est cõtrarietas talis que dicta ẽ. ℭ Et si quis diceret ꝙ linea maioꝛ nullo modo est perfectioꝛ ꝙ̃ linea minoꝛ: nisi ſm ꝙ est coniuncta forme naturali ⁊ rõne qua est ei coniuncta: hoc nõ est veꝝ. qꝛ circũscriptis omnibus virtutibꝰ nãlibus adhuc linea maioꝛ haberet plures partes eiusdẽ quantitatis ꝙ̃ linea minoꝛ. Et cõstat ꝙ vnaqueqꝫ illaꝝ partiũ quas haberet linea maioꝛ vltra minoꝛẽ esset quedã perfectio ⁊ forma in se. ⁊ sic linea maioꝛ circũscriptis virtutibus nãlibꝰ haberet plures perfectiões ꝙ̃ minoꝛ. quare aliqualiter eẽt perfectioꝛ. ⁊ sic idẽ qḋ prius. s. ꝙ in quantitate ſm se. s. ſꝫ suam essentiam est aliq̃ contrarietas: bñ tñ concederem ꝙ nunꝙ̃ aliqḋ subiectũ transmutaret̃ de longitudine seu linea minoꝛi ad maioꝛeꝫ nec econuerso. nisi per virtutes nãles actiuas ⁊ passiuas: sed hoc non obstante adhuc distã longitudinis. s. linea nãliter est prioꝛ omni virtute naturali aliquo modo prioritatis. Quãtitas. n. prioꝛ ẽ q̃litate. vt dicit Boetius in p̃dicamentis. ⁊ Cõmenta. in de substantia oꝛbis. dicit ꝙ p̃mũ reꝝ existentiũ in hoc subiecto sunt tres dimensiões q̃ dicunt̃ coꝛpus. Et sic nãliter ante omnẽ virtutẽ nãlẽ ipsa linea hꝫ partes quantitatiuas sine quibus nõ est eius essentia. ⁊ per ꝯñs esset in linea maius minus, siquideꝫ oẽ totũ est maius sua parte ⁊ si maius ⁊ minꝰ. ergo pfectius ⁊ minꝰ perfectũ. q̃re ⁊c̃.

Ad rationes pꝫ ꝑ distinctionẽ positã: ⁊ tu applica ad solutionẽ. ℭ Et aduertimẽ credo eẽ dicẽdũ ꝙ ꝯrietas q̃ est in quãtitate est inter quãtitates que sunt eiusdeꝫ speciei modo prius dicto. Et cum dicitur ꝙ contraria differunt specie: verum est contraria propriijssima: ⁊ perfectissima contrarietate. Sed non opoꝛtet ꝙ contraria omnia sint diuersa specie: ⁊ h̃ significauit Aristote. in 5° metaphy. capitulo. de diuersis specie: vbi sic loquitur. Et contraria diuersa sunt specie: aut omnia: aut dicta primũ: ⁊ est verũ pro vltima parte. scilicet ꝙ contraria dicta primum. i. p̃ncipaliter sunt diuersa specie.

ℭ Questio. VII.

Consequẽter queri solet. Vtrũ ad ꝯtrietateꝫ posset eẽ motꝰ. Sed qꝛ de hoc dictũ est in tractatu de augmẽto: idõ hic nõ scribo. Sꝫ cui fuerit cure videat illḋ opꝰ. ℭ Et cõsequẽter q̃rit̃. vtrũ i loco sit ꝯrietas. ℭ Argũt̃ p̃ꝰ ꝙ nõ. qꝛ si i loco eẽt ꝯrietas maxie videret̃ eẽ inter locũ sursum ⁊ locũ deoꝛsum. hec ẽ manifesta. qꝛ ista loca sunt maxime diuersa sic̃ grauia ⁊ leuia Sed inter locũ sursuꝫ ⁊ locũ deoꝛsuꝫ non est ꝯrietas: qḋ ꝓbatur dupliciter. Primo. qꝛ ꝯrietas est maxima distantia. vt pꝫ. 10. metaphy. sed inter locuꝫ sursum ⁊ locũ deoꝛsuꝫ nõ est maxia distãtia. qꝛ locũ sursum est ipm concauum celi. ⁊ locũ deoꝛsum est mediũ mundi. vt pꝫ in primo metheoꝛoꝝ. ⁊ 4° huius. mõ cõcauũ celi nõ maxie distat a medio mundi: imo plus distat vna pars cõcaui celi a parte celi ei diam: traliter opposita ꝙ̃ a medio mũdi vt manifestũ est per se. q̃re ⁊c̃. ℭ Itẽ ꝯria põt sibiĩuicẽ succedere in eodẽ subiecto. vt paꝫ. 10 metaphy. sed locꝰ sursum ⁊ locus deoꝛsum nõ possunt sibiĩuicẽ succedere in eodẽ subiecto: locus enim sursum ꝓprie est virtus cõseruatiua leuium: ⁊ locus deoꝛsuꝫ est virtus cõseruatiua grauiũ. Virtꝰ aũt cõseruatiua leuiũ non est ꝓprie nisi in celo. Et virtꝰ cõseruatiua grauiũ in cẽtro. Vñ cũ cẽtruꝫ nunꝙ̃ fiat celũ nec econuerso: manifestũ esse videt̃ ꝙ iste virtutes nunꝙ̃ succedũt in vno ⁊ eodẽ subiecto. quare ⁊c̃. ℭ Itẽ ꝯrioꝝ vnũ est coꝛruptiuũ alteriꝰ. vt pꝫ i p̃mo de generatiõe. ⁊ 2° sed locꝰ sursuꝫ nõ est coꝛruptio loci deoꝛsum nec ecõuerso. qꝛ locus sursum est virtus cõseruatiua leuiũ ⁊ est in cõcauo celi. Locus aũt deoꝛsuꝫ est virtꝰ cõseruatiua grauiũ ⁊ est in cẽtro. vt dicit̃ in 4° huius. modo iste virtutes nunꝙ̃ sunt sibiĩuicem appropinquate: ⁊ ideo vna nõ agit ad coꝛruptionem alterius: cum agẽs ⁊ passum debeat esse simul. vt pꝫ ex 7° huius.

Dicendũ ℭ Oppositũ vult Arist. in littera. ꝙ in loco nãli q̃ ẽ vtus ꝯseruatiua locati hñt est ꝯrietas aliquo mõ. qꝛ oẽs due forme existentes sub eodẽ genere ⁊ diuerse ſm spẽm ⁊ maxime distantes sub illo genere hñt aliqualr ꝯrietatẽ. hec videt̃ manifesta: sed locus sursuꝫ ⁊ locus deoꝛsum sunt hmõi: sũt eniꝫ in eodẽ genere. s. sub loco ⁊ differũtꝰ specie: sic̃ graue simpliciter ⁊ leue simplr differũt specie ⁊ maxime distãt ab inuicem ſm nãm ⁊ virtutẽ. Nã sursum simplr est virtus cõseruatiua leue simplr. Et deoꝛsum simplr est virtꝰ cõseruatiua grauis simplr. Vñ sicut grauitas ⁊ leuitas maxime in genere virtutis motiue ſm locum distãt: sic sursum simplr ⁊ deoꝛsum simplr maxime distãt in genere loci. ℭ Et est considerãdũ ꝙ ſm Cõmẽ. in 8° metaphy. s. locꝰ est aũt subã qḋ subijcit̃. Contrarietas p̃mo ⁊ eẽntialiter inuenit̃ in eis que opponunt̃ in loco: ⁊ idõ accepta est distãtia in diffinitione cõtrarioꝝ. s. quia distantia ꝓprie dicit̃ de locis ⁊ ex cõsequẽti de formis repugnantibus. ℭ Et notandũ ꝙ licet cõtrarietas p̃mo ⁊ essentialiter inueniat̃ in loco: tñ ſm Cõmẽ. in p̃mo celi ⁊ mũdi. inuenire ꝯrietatẽ in motu locali est magis occultũ ꝙ̃ in alteratione: ⁊ esset bene vidẽdũ qualiter h̃ Cõmẽtatoꝛ intelligit. Foꝛsan intelligit de motu locali circulari.

Ad primã rõnem dicendũ ꝙ inter vbi sursum ⁊ vbi deoꝛsum nõ est maxia distantia quantitatiua maxima dico simpliciter ⁊ omnino: sed inter ea est maxima distantia virtutum conseruatiuarum. plus enim differt virtus conseruatiua grauiuꝫ que ẽ locus deoꝛsum a virtute conseruatiua leuium que est locꝰ sursum ꝙ̃ distent ab inuicẽ virtutes due in aliquibus par-

T.c.67. T.c.14. T.c.14. T.c.50. T.c.8. T.c.5. T.c.11. T.c.18. Cõ.4. Cõ.86.

tio° orbis sibi oppositis: & hoc sufficiat. ¶ Ad aliam cũ dicit̃ ɔ̃ria possunt sibiinuicẽ succedere &c. posset dici q̃ ɔ̃ria possunt considerari dupl'r. Uno modo rõne q̃ ɔ̃ria sunt. & sic nõ repugnat eis sibiinuicẽ succedere in eodem subiecto. Alio mõ fm q̃ sunt in talibus naturis determinatis. & sic põt esse q̃ nõ succedãt sibiinuicẽ in eodẽ subiecto. Aut dicit̃ q̃ q̃uis locus sursum & locus deorsum non succedant sibi in eodẽ fm se: tñ fm suos effectus. s. vbi sursum & vbi deorsum bene succedunt sibi in eodem subiecto. ¶ Ad aliud põt dici q̃ licet virtus conseruatiua leuiũ que est loc° sursum nõ agat imediate ad corruptionez loci deorsum: tñ possibile est q̃ agat ad hoc mediate. s. mediantib° corporibus intermedijs. s. inter ip̃m celuz & ip̃m locũ grauiũ: bene tñ verũ est q̃ nunq̃ virtus conseruatiua grauiũ que est locus deorsum corrũpit virtutẽ cõseruatiuaz leuiũ existente in cõcauo celi: cũ ip̃m celũ

T.c.20.

non sit alterabile ab istis iferioribus. vt satis pz in p̃mo celi & mũdi. nec oportet q̃ vtrũq̃ contrariorũ sit corruptiuum alterius & econuerso: licet hoc sit in istis iferioribus cõtrarijs q̃ cõmunicant in vna materia.

¶ Que autem est in eadem specie mutatio in magis & minus abstractio est &c. Textu commenti. XIX.

Questio. VIII.

Consequenter querit̃. Utrũ magis perfectuz & minus perfectũ in forma ad quã est mot° sint diuersa fm spẽm. ¶ Arguit̃ p̃mo q̃ sic. q2 contraria differunt fm spẽm. vt videt̃ velle Aristo. in. 10. metaphy. sed magis p̃fectuz

T.c.19.

& minus perfectũ in talibus formis vident̃ esse ɔ̃traria: qđ ꝓbatur. q2 motus non est nisi a contrario in cõtrariũ saltẽ in istis inferioribus: sed contingit aliquid moueri a minus perfecto ad magis perfectuz: vt a min° calido ad magis calidũ. & sic de ceteris. quare &c. ¶ Itẽ extrema & mediũ differũt fm spẽm vt albedo & rubedo. & sic de alijs. sed nõ differunt nisi fm magis & minus. mediũ eni͂ hz actu vtrũq̃ extremoꝝ nõ in suis vltimis p̃fectionib° vt dicit Cõmẽ. i p̃mo hui°, ergo mediũ hz in se vtrunq̃

T.cõ.56

extremoꝝ remissum & fm minorẽ perfectionez. q̃re &c. ¶ Itẽ illa differũt specie quoꝝ vnũ est corruptiuũ alterius. hec videt̃ manifesta: q2 ea que sunt eiusdem speciei nõ vident̃ eẽ sibiinuicẽ corruptiua: modo magis calidũ corrũpit min° calidũ. vt maior flãma corrũpit minorem fm Aristo. in de causis longitudis & breuitatis vite: & in de respiratione. quare &c. ¶ Itẽ magis differunt magis albũ & min° albũ: q̃ duo alba eque perfecta. hoc est manifestũ: sed duo alba eque perfecta differunt numero vt manifestũ est per se. ergo magis albũ & min° albũ differunt plus q̃ numero: sed non possunt plus differre q̃ numero nisi differant specie vt certũ est. quare &c.

¶ Oppositũ arguit̃ auctoritate Ari. hic. vult eni͂ q̃ magis & minus sunt in eodẽ specie: & hoc etiaz est cõe dictũ q̃ magis & minus non diuersificant speciem.

Ad questionẽ põt dici breuiter q̃ magis perfectũ & minus perfectũ in forma fm quã est mot° nõ differũt ꝓprie fm spẽm. Et hoc aliqui sic ꝓbant. Si hmõi magis & min° differũt spẽ nullus motus posset esse vn° numero simpliciter: qđ est oio

T.c.34.

inconueniens. & ɔ̃ Arist. in isto 5° & apparet ɔ̃ña. q2 semp in alio & in alio instanti tẽporis mensurãtis motũ ad formam aliquid acquirit̃ illius forme perfectius & min° perfectũ: motus eni͂ est generatio vnius partis post aliã partem illius perfectionis ad quã tẽdit motus donec perficiatur & fit in actu. vt docet Cõmẽ. in 3° huius. & constat

Cõ.4.

q̃ pars que acquiritur in instãti p̃oꝛi est minus perfecta q̃ que acquiritur in instanti sequenti: vt cum aliquid calefit p̃us acquirit̃ caliditas minus perfecta: & postea magis perfecta. similiter aũt & in alijs motibus suo mõ. Si igit̃ hmõi forme differũt fm spẽm: tũc nullus motus est fm formã vnã specie. Ad hoc aũt q̃ motus sit vnus numero requirit̃ q̃ sic fm formã vnã specie ad minus: licet forte nõ sit necessariũ q̃ sit fm formã vnam numero: ita. s. q̃ forma fm quã est motus sit vna numero: per totuz tempus. De hoc aũt videbit̃ in sequẽtibus. q̃re &c. ¶ Itẽ põt sic ꝓbari cõclusio. Si albedo p̃fectior & minus p̃fecta essent diuerse fm spẽm: tũc non magis differrẽt albedo & nigredo q̃ albedo perfectior & minus p̃fecta: qđ videtur absurdũ. & pz ɔ̃ña. q2 albedo & nigredo per se solũ non differunt nisi fm spẽz. Si ergo albedo perfectior & minus pefecta differunt specie: tũc non plus differrẽt albedo & nigredo q̃ albedo p̃fectior & iperfectior. ¶ Sz forte hec ratio nõ est demõstratiua: q2 diceretur q̃ nihil ꝓhibet differentiũ fm spẽm quedam magis esse diuersa q̃ alia vt homo & musca differũt fm spẽm. & sĩlr homo & simia differũt sic fm spẽm. & tñ homo & musca plus differũt q̃ homo & simia: nisi q̃ forte hõ & musca nõ plus differunt quãtum ad substantias & per se q̃ hõ & simia: sed quãtũ ad dispositiones sunt magis dissimilia. Homo aũt & simia magis similia: sed nõ magis eadẽ fm se. ¶ Item posset sic argui. Si magis perfectũ & min° p̃fectũ in forma fm quaz est motus differrent spẽ: tunc sube sĩlr haberent magis & minus sicut accidentales forme: qđ est iprobabile. Et pz ɔ̃ña. q2 certũ est q̃ in substantijs est magis perfectũ & minus perfectũ in diuersis spẽbus. Una eniz substantia est p̃fectior alia. vt pz ex p̃mo de generatiõe. Si igit̃ forma accidentalis fm quaz ẽ mot° nõ haberet

T.c.8.

magis p̃fectũ & minus p̃fectuz nisi in diuersis speciebus: tũc nõ aliter reciperet accidẽs magis & min° q̃ suba: qđ cũ sit iprobabile: q2 substantia nõ recipit magis & minus saltem suba mitti. ideo &c. ¶ Itẽ posset duci ad aliud iprobabile: q̃ si magis & minus in forma fm quã est motus differunt fm spẽm: tunc essent infinite spẽs saltez successiue in eodẽ subiecto: qđ est absurduz. & ꝓbat̃ ɔ̃ña: q2 certũ est q̃ in tẽpore mensurante motũ ꝓprie dictũ sunt infinita instantia: & in vnoquoq̃ illoꝝ acquirit̃ alia pars illius forme fm quã est motus: ita q̃ pars que acquirit̃ in instanti posteriori est perfectior parte que fuit acquisita in instanti p̃cedente. verbi gratia. Cum aliq̃d calefit in aliquo tẽpore in quolibet instanti illius tẽporis acquiritur aliq̃d vel aliqua pars caliditatis & semp perfectior pars est illa que acquirit̃ in instanti sequenti. cũ igit̃ sint infinita instantia in illo tempore. vt pz ex 6° huius. infinite partes caliditatis acquirerent̃ in subiecto in illo tẽpore. & sic si magis & minus sunt diuersa fm spẽm in tali

T.c.8.

forma. sequit̃ q̃ erunt species infinite fm successionem: qđ videt̃ ipossibile omnino. ¶ Et confirmat̃: q2 fm aliquos oẽs species que possunt esse in vniuerso sunt actualiter in ipso. Et hec videt̃ esse intentio lincoñ. super p̃mo posterioꝝ. vbi dicit q̃ verisimile est oẽs spẽs vniuersi in qualibet hora manere. Aliter enim vniuersitas entium quandoq̃ esset diminuta. Aliter ẽt spẽs ille non pl° pertinerent ad perfectionem vniuersi q̃ sua indiuidua. Si igitur in aliquo subiecto possent esse species infinite necessario videretur q̃ species infinite simul essent: quod ẽ manifestum impossibile.

Ad primam rõnẽ dico q̃ maior ẽ vera de cõtrarijs ɔ̃rietate ꝓpria & p̃fecta: sz de ɔ̃rijs ɔ̃rietate diminuta & iperfecta nõ ẽ vera: & sic est hic. quare &c. ¶ Ad aliam cum dicitur. medium & extrema &c. Intelligendũ est h̃ q̃ de medio sunt due opi-

mones. Una est q medium inter duo extrema est cōpositū ex essentiis extremoꝝ remissis ꝛ refractis: vt rubedo ex essentiis albedinis ꝛ nigredinis. siłr aūt ꝛ in aliis ꝛ loquimur de mediis fixis: que. s. hñt eē fixa in subiectis. Et tunc isti dicerent q ipm medium differt ab altero extremoꝝ ratione alterius qd includit in eius essentia. verbi gratia. rubedo differt a nigredine rōne albedinis: ꝛ ab albedine rōne nigredinis. siłr aūt ꝛ in aliis. ꝛ sic nō differt solū fm magis ꝛ minus. Verū est tñ q fm istā viam medium quātū ad id qd includit de altero extremo nō differt ab illo extremo nisi fz magis ꝛ min⁹: vt rubedo q̄tū ad illud qd includit de albedine non differt ab albedine nisi fm magis ꝛ min⁹: sed rōe alterius partis differt per se ab albedine. s. rōne nigredinis. ¶ Sed ista opinio videtur difficilis. qꝛ fm hoc mediū nō erit quid vnū per se cum ex duab⁹ formis non fiat vnū ens p se. ¶ Itē forma omnis est simplicis essentie. vt vult auctor. 6. pncipioꝝ. rubedo aūt est quedā forma. ꝛ siłr de aliis hmōi. q̄re ꝛc̄. ¶ Et ideo dicunt alii aliter. ꝛ dicūt q mediū ipm nō est essentialiter cōpositū ex extremis fractis: imo est forma ita simplex in essentia sicut sunt forme extreme: tñ habz quodāmō virtutē vtriusqz extremoꝝ. Et sic intelligunt Cōmētatorē cū dicit q in medio sunt extrema in actu. s. in virtute quadā actiua: quia ipm mediū pōt agere actionem similē actioni vtriusqz extremi: vt tepidū habz aliqualiter calefacere frigidū ꝛ aliqualiter frigefacere calidū: ꝛ sic de ceteris. ꝛ sic nō differt ab extremis solū fm magis ꝛ minus: que sunt perfectiōes accidētales eiusdē forme: sed differt ab eis per se ꝛ fm suā eēntiam. Et forte nō est remotū quin subiectum forme medie habeat in se formas extremas actu nō in suis vltimis perfectiōib⁹ sed refractas ꝛ remissas: ꝛ ille sunt sicut dispositiōes subiecti ad formā mediā consequentē: que tñ forma media essentialiter differt ab vtroqz extremoꝝ ꝛ pmo: ꝛ iō nō valet illa ratio. ¶ Ad aliā cū dicit. illa quoꝝ vnū nō est corruptiuū alterius ꝛc̄. Pōt dici q verū est si vnū sic per se corruptiuū alterius: sed si per accidens nō est necesse. modo diceret q caliditas maioris flāme nō corrumpit per se caliditatē minoris flāme. Sed per accidens hoc modo: qꝛ flāma est spiritus sicci ardor: fm Arist. in pmo metheoroꝝ. Ille aūt spiritus cuius ardor ē flāma debet habere aliquā humiditatē aereā ꝛ subtilē: ꝛ sine humiditate ea i nō pōt cōseruari talis flāma. Constat aūt cū maior flāma appropinquat minori q caliditas maioris flāme cōsumit illud humidū ex quo haberet ꝛ posset cōseruari flāma minor: ꝛ sic per accidēs corrūpit ipam minoꝝ flāmā ꝛ eius caliditatem: sed non per se: ideo ꝛc̄. ¶ Ad aliā dicendū q albedo perfectior ꝛ minus perfecta nō plus differunt per se ꝛ essentialiter q̄ due albedines eiusdem gradus: sed bene sunt minus similes quadam accidentali similitudine: ꝛ due albedines eiusdem gradus vel equaliter intēse ꝛ perfecte sunt similiores accidentali similitudine q̄ due albedines: quarum vna est perfectior alia: sed per se non sunt magis eedem adinuicem q̄ ille. quare non valet ratio.

¶ Unus autem motus dicitur multipliciter ꝛc̄.

Textu comen. XXXI. Questio IX.

Uerū hec. Utrum forma fm quā est motus sit vna numero a pncipio mot⁹ vsqz ad terminū. verbi gratia. Cū aliquid calefit caliditas sit vna numero a principio calefactionis vsqz ad terminū: ꝛ sic de aliis. ¶ Arguit q nō. qꝛ illud qd est in cōtinuo fluxu nō manet vnū numero. hec videt manifesta: sed forma fm quā est mot⁹ ē in cōtinuo fluxu: vt ē manifestū est fz oēs. q̄re ꝛc̄. ¶ Oppositū arguitur. qꝛ si talis forma non maneret vna numero: tunc talis motus non esset vnus numero. ꝛ pz cōña. quia motus fm veriorē acceptionē est forma fluēs. vt vult Cōmentator in 3° huius. quare ꝛc̄.

Cō.4.

Ad questionem est intelligēdū q de gradibus forme fm quā ē mot⁹ sunt diuerse opiones. ¶ Quidā eni dicunt q illi gradus nō sunt idē essentialiter cū ipsa forma nec eiusdē speciei imo sunt diuersi eēntialiter ab ipsa forma. verbi gratia. cū aliqd calefit gradus caliditatis succedentes in subo non sunt caliditates: sed sunt accidentia quedā diuersa a caliditate essentialiter. Siłr aūt ꝛ in aliis suo modo. Et isti dicūt q essentia forme manet eadē numero per totū tempus motus ꝛ gradus sunt diuersi: ꝛ vno adueniente corrūpit precedens. ꝛ dicunt isti q ad essentiā forme nō est motus: imo eēntia forme acquirit in pmo instāti appropinquatōis alterantis ad alterabile. sed gradus acqrunt per motū vel extra sub tali gradu. verbi grā. Essentia caliditatis in instanti: pmo quo calefaciens est appropinquatū calefactibili: ꝛ deinde acquirunt diuersi grad⁹ caliditatis successiue vnus post aliū: ita q caliditas in nullo tempore manet sub eodē gradu: sed semp acquirit aliū ꝛ aliū vsqz quo motus terminet: ꝛ adueniēte posteriori gradu deficit pcedens: forma tñ manet vna ꝛ eadem numero per totū tēpus motō vt dicunt. Q autem forma fm quā est motus maneat vna numero per totū tps motus cōtinui hoc pbant rōne prius inducta. qꝛ aliter motus nullus esset vnus numero: qd est incōueniēs. qꝛ omne ens est vnū numero aliqualiter: fm Boetiū in de vnitate ꝛ vno. Apparet cōña. qꝛ motus vel est forma fluens fm veriorē opinionē vel est fluxus forme fm famosiorē opionē. vt dicit Cōmen. in 3° huius. Et si quidem motus sit forma fluens sic manifestū est. q si non est forma vna numero. sic nō erit motus vnus numero. Si vero motus sit fluxus forme: sic adhuc videt sequi q si nō est vna forma nō erit vnus motus. Nā fluxus vn⁹ numero nō est nisi forme vnius nūero. Formaꝝ eniz diuersarum numero nō pōt esse vnus fluxus numero vt videt manifestū. q̄re ꝛc̄. Q aūt gradus forme sit alius ꝛ alius ꝛ nō idē simplr pbant sic. qꝛ si forma maneret vna numero ꝛ sub eodē gradu: tūc subiectū motus quiesceret dū moueret: qd est ipossibile. Et pbat cōña. qꝛ illud quiescit qd se hz eodem mō nūc sicut ꝛ pus: vt pz in 6° huius. mō illō qd mouet se haberet in tēpore motus eodē mō nunc vt pus: postq haberet eandē formā ꝛ sub eodē gradu. quare ꝛc̄. Q autem gradus forme sit alius ab ipa forma: sic probat. qꝛ illa nō sunt idē numero quoꝝ vnū manet idē vnū in numero ꝛ aliud nō: sz sic se habet gradus forme ꝛ for⁹. vt pz ex dictis. ¶ Sed sine dubio ista positio nō videt esse oīno vera quātū ad id qd ponit de gradibus forme ad quā est motus. s. q ipsi gradus sunt alii essentialiter ab ipsa forma. verbi grā. q gradus caliditatis q acquiruntur in diuersis instantibus temporis mensurantis motū calefactionis: sint penitus alii essentialiter ab ipsa caliditate. hoc videt multū ipossibile. qꝛ si gradus caliditatis non esset caliditas: sed aliquid aliud essentialiter a caliditate: tunc calefactio magis deberet dici terminari ad aliquid aliud: q̄ ad caliditatē: qd est oīno ridiculū. Et pbat cōña. qꝛ fm istā positionē calefactio vel terminat ad gradū aliquē caliditatis vel ad caliditatē vt est sub tali gradu: ita. s. q talis gradus caliditatis vel est terminus calefactionis vel est formale in termino calefactionis: omnis aūt motus magis est ad terminū suū ꝛ ad formale in suo termino q̄ ad aliquid aliud vt mani

Cō.4.

Te.c.73.

in eius ꝑcussione: ⁊ sic redit difficultas q̄liter q̇escat nisi faciat molarem q̇escere. ¶ Sʒ cauillabis ꝙ nō attingit immediate q2 phs ꝓbat i 2° d̾ aīa. ꝙ īpossibile ē duo corpora se adinuicē tāgere in aqua vel aere: sed opʒ eē aerē mediū vel aquā. Contra. ꝓijciat sagitta acuta ferrea ꝯtra lignū magnū descēdens. ꝯstat ꝙ igredieť i ipʒ. ⁊ sic eā attinget sufficiēter: ⁊ tūc reflecteť ad iferi⁹: ⁊ sic idē qḋ prius. Dicit hic vltimo ꝙ illud mobile nullo tēpore quiescet tn̄ erit motus reflexus: ſʒ moueť p accn̄s ex violētia illi⁹ grauis descēdētis cui obuiabit ⁊ nō ſm ꝓpria nā. Dictū aūt Ar. ⁊ sue demōstratiōes debēt intelligi de p se. s. de illo qḋ per suā nām reflectiť. Illud. n. est ꝙ actu adest ⁊ abest respectu eiusdē signi. Sed illud qḋ reflectiť impetu alterius cui obuiauit non sic adest ⁊ abest actu. Et cū diciť ꝙ sic mouebiť motib⁹ ꝯtrarijs. dōm ꝙ nō sequiť: ⁊ cū ꝓbať: q2 illud qḋ ꝯtinue tēdit ad aliquē terminū moueť ad ipsuʒ a ꝑncipio motus vsqʒ ad finē: pōt dici ꝙ verū est si ꝯtinue tendit ad illū terminū p eādeʒ virtutē vel p diuersas virtutes: quaꝝ vna sit sua ꝓpria virtus: ⁊ alia sit virtus alterius. sed si tēdit cōtinue ad vnū terminū per diuersas virtutes alioꝝ a se: nō oʒ. ⁊ sic est hic. Naʒ illud ꝓiectū supius qḋ obuiauit alicui fortiori faciente ipsum sine aere medio moueri deorsuʒ moueť per diuersas virtutes extraneas vel extrinsecas .s. virtute ꝓijciētis q̄tū ad priorē motū vel virtute obuiantis quo ad posteriorē motū. q̄re nō valet: ⁊ iō nō oʒ ꝙ simul moueať motib⁹ ꝯtrarijs. Vel dicēdū ꝙ moueť motib⁹ ꝯtrarijs p accn̄s. ⁊ h̄ non habeť ꝓ inconuenienti. ¶ Alia rō Ar. bn̄ ꝓbaret ꝙ ille mot⁹ reflexus nō est simplr̄ vn⁹. s. q2 est ad ꝯrios terminos: ſʒ nō ꝓcederet ꝙ nectio sit ibi q̇es media iter ei⁹ partes. ¶ Alr̄ diceret aliquis ad illā istātiā de faba ⁊ hmōi. s. ꝙ i ꝓiectis qb⁹ obuiaret aliqḋ mouēs forti⁹ ꝙ bene ē ibi mot⁹ cōtinu⁹ sine interruptiōe q̇etis medie. Et ille due rōnes Aristo. q̄ sic ꝓbant ꝙ iter ptes motus reflexi necessario est q̇es media: ꝓcedūt d̾ motu nāli vt esset motus aialis aut alic⁹ hmōi. Et forte de motu cui⁹ vna pars esset nālis: ⁊ alia violēta. vt si lapis ꝓiectus sursuʒ iterū r̄cedat virtute ꝓpria: sed de motu pure violento nō ꝓbant. q2 de tali nō sic est necesse ꝓbare: cū manifestū sit ꝙ nō potest eē ꝑpetuus simplr̄: vt pʒ in ꝑmo celi. mō cū faba obuiauit molari: ipsa nō moueť illa velocitate q̄ moueť nāliter: imo cōtra naturā suā. lʒ. n. graue moueť deorsum nāliter: tn̄ nō omne graue moueť deorsuʒ nāliter quacūqʒ velocitate. sed determinať graue determinata velocitate. Cuʒ ḡ diciť ꝙ ꝯtinue tendit ⁊c. verū ē ꝯtinue si tendit ex se vel partiʒ ex se ⁊ partiʒ ex alio: ſʒ si pure violēter ⁊ ab alio nō oʒ: ⁊ sic est hic. ¶ Ad aliud cū diciť ꝙ reflexū adest ⁊ abest ⁊c. verū est si sic de se moueť vel partiʒ nāliter ⁊ partim violēter. Sed sine dubio vna de rōnib⁹ Ar. vr̄ incuitabiliter ꝓbare ꝙ ois talis mot⁹ ē distinct⁹ a q̇ete aut ꝙ vnū mobile simul mouebiť motib⁹ cōtrarijs. Arguit enīʒ sic. Oē qḋ nūc moueť aliquo motu ⁊ prius erat ⁊ nō moueba ť motu illo q̇esceba t ab illo motu. hec ē manifesta. Ponam⁹. n. ꝙ faba ꝓiecta sursuʒ obuiās molari descendat: manifestuʒ est ꝙ cū descendit moueť deorsum: ⁊ prius nō mouebať deorsuʒ aut reflexue. ergo q̇escebat quiete opposita motui deorsuʒ: sed q̇es opposita motui deorsum nō est nisi q̇es in vbi sursum. ergo aliqn̄ q̇esceba t i vbi sursuʒ. Et si dicas ꝙ arḡ reflecteret deorsuʒ. ḡ simul mouebať ad sursuʒ ⁊ deorsuʒ: qḋ ē ipossibile. hic diciť ꝙ prius mouebať cōtrarijs motib⁹ per accn̄s sed nō per se. Vel dicendū. ⁊ forte melius cuʒ diciť. Oē qḋ nūc moueť ⁊c. Verū ē si nō ipediebať a q̇ete opposita illi motui per aliqḋ ꝓhibens ⁊ obtinens: sed si ipediatur non opʒ: ⁊ sic ē hic. ipediť. n. a quiescēdo per aliquod violentis ⁊ obtinēs supra ipsuʒ: ⁊ sic nō quiescebat. Et ista sunt ꝓbabiliora q̄ mihi apparēt de isto ꝓblemate. ¶ Qḋ aūt dr̄ ꝙ ꝯtrarij mot⁹ possunt simul eē p accn̄s hoc nō sufficit: q2 nūq̄ cōtraria cōtrarietate ꝑfecta insunt simul eidem ⁊ ſm idem: quo enīʒ esset aliquod simul calidissimū ⁊ frigidissimū per accn̄s: hoc est deriʒorū. simr̄ ꝯtraria nūq̄ possunt simul inesse eidē per accn̄s: ita ꝙ vnū sit in vltima sua ꝑfectione ⁊ reliquū cuʒ ipso: quō enim aliquid eēt calidissimū ⁊ frigidissimū quātūcūqʒ per accn̄s: absurdum est oīno. hoc aūt sequeretur in ꝓposito. Nā motus ad vbi sursum ⁊ ad vbi deorsuʒ sunt contrarij cōtrarietate ꝑfecta vt videtur manifestū. q̄re ⁊c. ¶ Ad aliud pōt dici ꝙ cuʒ pila ꝓijcitur sursum ad terram vehemēter ⁊ cū ipsa ꝓijcitur aer cōtra suam nālem inclinationeʒ tūc aliqua pars aeris deorsum mota leuitate sua redit ad superius ⁊ secum mouet ipsam pilam tanq̄ mouens propinquuʒ. cuius signum est quia quanto fortius proijcitur ⁊ percutit ad terram tanto altius resilit: quod non videtur esse nisi quia aer fortius ⁊ vehementius reascendit sursum.

¶ Quod aūt lationū circularis prima sit. Textu cōmenti. LXXV. Questio. XVIII.

Q Ueriť hic. Utrꝝ mot⁹ circularis possit esse infinit⁹ ⁊ ꝑpetu⁹. ¶ Arguiť p2io ꝙ nō. Q2 motus cōsequiť magnitudinē: q̄tum ad diuisionem: vt pʒ in 6° huius: ſʒ magnitudo circularis nō ē īfinita ꝑmo celi. ergo ⁊c. ¶ Itē ille mot⁹ nō est ꝑpetu⁹ ⁊ ꝯtinu⁹ per quē mobile pertransit pluries per eadē signa. Hanc vr̄ ponere Aristo in lr̄a: ⁊ ꝑꝑ hoc dicit motū reflexū nō esse vnū ⁊ cōtinuū: q2 per ipsum mobile pluries transit per eadē signa: vt si aliqd mouetur super magnitudinē rectā ab a. in b. ⁊ iterum a b. in a. manifestū est ꝙ pluries pertransibit eadem signa .s. intermedia inter a. ⁊ b. sed per motū circularem ipsuʒ mobile pluries trāsit eadeʒ signa. vt si aliquid moueret super circulum. ab a. in b. iterū redeūdo ad a. ꝯtingit ꝙ iterū p eadē signa moueť ab a. i b. ⁊ redibit i a. ⁊ sic pluries p eadē signa: vt pʒ in descriptiōe sensibili. ¶ Item si motus circularis esset īfinitus tūc in magnitudie finita esset virtus īfinita: qḋ vr̄ esse impossibile ex isto 8° ⁊ ꝓbatur ꝯn̄a: q2 cū mot⁹ sit actus entis in potētia: vt pʒ in 3° huius: opʒ ꝙ ipsum mobile sit in potētia receptiua motus. ⁊ sic si motus sit infinitus potentia erit infinita. Ois autem magnitudo est finita: vt pʒ p2imo celi. ¶ Oppositum arguitur auctoritate Aristo. in littera.

Ad qōnem dico breuiter ꝙ motus circularis pōt esse cōtinuus ⁊ ꝑpetuus. Et hoc pōt probari demonstratione Aristo. in lr̄a. Q2 ille motus pōt esse ꝑpetuus cuius termin⁹ a quo nō ē actu ⁊ p se distinctus a termino ad quē. sed ipsius mot⁹ circularis termin⁹ a quo non ē per se diuersus a termino ad quē: nec eꝯ. ergo ⁊c. maior ꝓpositio pʒ: q2 i motu finito ⁊ deficiēte termin⁹ a quo est diuersus a termino ad quē ⁊ eꝯ. Nā si nō eēt diuersus: tūc qua rōne icepit moueri a termino a quo eadē rōne incepisset moueri a termino ad quē: ⁊ sic nō cessaret ibi quies. ergo si debet aliqñ cessare mot⁹ nālr̄ ad aliquē terminū ille termin⁹ oʒ eē actu diuersus a termino a quo: ⁊ per oppositū mot⁹ ille nō oʒ cessare cui⁹ termin⁹ ad quē nō ē diuersus p se simplr̄ a termio a q̊. Et ꝯfirmať. nā postq̄ termin⁹ ad quē alicuius motus nō est p se ⁊ nāliter diuersus a termio a quo. q̄ rōne mot⁹ icepit a termino a quo eadeʒ rōne icipiet a termino ad quē. Et sic nō determinabitur: vt pʒ. ḡ minor ⁊ minor apparet. Nā sic i linea circulari ꝑncipiū nō est

Marginal notes: T.c.83. (left, line 3); T.c.l. (left); T.c.39.; T.c.79; T.c.cō.6.; T.c.46; T.c.76 (right)

actu diuersuz a fine imo quilibet punctus est principiū τ terminus vt manifestum est ad sensuz: sic i motu circulari terminus ad quem non est distinctus per se τ simplr a termino a quo: est enim mot⁹ circularis ꝓprie ab codē in idē. idez aūt nō est per se diuisuz a seipso. ❡ Et est cōsiderandū hic ꝙ fm Cōmen illa ratio Aristo. nō solūz tangit causam: quare est possibile motū circularem esse ꝑpetuū. sed etiam ꝙ sit necessariū: qḋ sic potest intelligi. Si n. motus circularis terminaref oporteret ꝙ terminaretur ad aliqḋ vbi determinatū: sed nō oz terminari ad aliqḋ vbi determiatū: qz cū quodlibet vbi qḋ acquirit i mobili circulari per suū motū sit ei naturale. nulla ē rō: quare magis terminef ad vbi vnū ꝙ ad aliud. E contrario de motu recto. nā mot⁹ nālis rectus est ad vbi naturale ipsi mobili: τ icipit ab vbi inaturali. τ iō cū puenit ad ipsuz vbi nāle quiescit sub eo. Uel potest ista necessitas sic itelligi vt tangebat: qz in omni motu terminato necesse est ꝙ termin⁹ ad quē sit actu distinctus a termino a quo τ ecōuerso: sz in toto motu circulari terminus a quo τ termin⁹ ad quē nō sunt simplr τ actu diuersi: qz sunt vnū τ idez. vt circulatio solis que icipit ab oriente τ iterato redit ad oriens. Similr aūt τ in aliis. Q̄ślibz enīz vbi necessariū est esse termin⁹ a quo τ terminus ad quem ipsius circolationis. q̄re τc̄. ❡ Itē aliqui sic arguunt. Nihil icipit a suo termino: nec terminaf a suo principio. τ nihil icipit de nouo moueri in termino ad quē fuit motus nec deficit vel cessat moueri a termino a quo fuit mot⁹: sed mobile circulare semp est i termino sui motus ad quē: τ semp est in termino sui mot⁹ a quo. Nā quodlibet vbi signatū vnū numero ē termin⁹ alicui⁹ ad quez: τ principiū a quo alterius circulatiōis: τ vnū vbi sz spēz est termin⁹ a quo τ termin⁹ ad quē eiusdē circulatiōis. ergo mobile qḋ circulariter mouef sz nām nō icipit de nouo moueri postꝙ penit⁹ nō mouebaf nec vnꝙ dficit a motu ita ꝙ ampli⁹ nō moueaf. ḡ mot⁹ circularis est ꝑpetuus. Et forte illam demōstrationē Arist. itellexit in his verbis: τ vt semp sit in principio τ fine: τ nūꝙ: ē enīz semp in principio vnius circulationis τ in fine alterius: τ nūꝙ est in principio añꝙ nō fuerit mot⁹ vel añꝙ mobile ꝗeuerit: nec vnꝙ in fine postꝙ nullus erit mot⁹ vel postꝙ mobile quiescit: τ sic motus circularis est perpetuus. Ulterius cōsiderandū est ꝙ in toto motu circulari perpetuo circulatio prior nō est eadē nūero simplr τ i actu cū posteriori nec diuersa numero ꝓpe simplr: qḋ sic pz. Nā illa ꝓprie simplr nō sunt vnū nūero quorum vnum deficit adueniente alio. sz circulatio prior deficit adueniēte posteriori: vt manifestū est. q̄re τc̄. ❡ Itē nō sunt diuerse numero simplr τ ꝓprie: qz illa q̄ sunt cōtinua τ non distincta actu non sunt actu diuersa numero: ptes enim alicuius linee eiusdē q̄ oiū sunt ꝯtinue nō sunt proprie diuerse nūero vt vult Cōmen. in 4° huius: sz circulatio prior est ꝯtinua posteriori: sunt. n. copulate ad eundez terminū cōez sic ꝙ vnū τ idē vbi ad qḋ terminatur circulatio prior est illud a quo sine medio icipit posteriori. ḡ nō sūt actu τ simplr diuerse nūero extra aiaz. Qualiter autē sunt nūcrate i potētia τ qualr tps ꝙ est nūerus hmōi circulationū sit extra animā: τ quō nō: visum ē in 4° hui⁹. ❡ Et si dicaf ꝙ vnūqḋqz ꝯparatū alteri vel est idē nūero cū eo vel diuersuz: vt vult Arist. in. 10. metaph. Dōm est ꝙ verū est ꝙ vnū ens cōparatū alteri enti vel est idē cū eo vel diuersuz: sed circulatio prior nō est ens simul actu extra aiam cū posteriori. ergo τc̄.

Cō. 76.

T. cō. ii.

Ad primam rationē dicēdū ꝙ motus sequif magnitudinē quantū ad finitatē extēsiōis vel īfinitatē: vn̄ in magnitudie finita nō pōt esse mot⁹ infinitus extēsus. τ sīr īfinitas durātiōis motus requirit infinitā durationē magnitudinis. Si ergo arguit sic. Si mot⁹ circularis esset infinitus tūc magnitudo circularis eēt īfinita. Uerū est īfinita fm durationē: τ hoc bene est possibile: sz nō sit infinita sz extensionem ꝑmanentē. Et si dicatur sic. motus in magnitudine est finitus. verz est si est i magnitudine finita fm duratione. Aliter nō oporteret ꝙ esset finitus fm durationem. Item si arguit sic: si mot⁹ circa magnitudinē finitā est finitus: τ mot⁹ circularis circa magnitudinē finitā. ḡ τc̄. Dico ad maiorē ꝙ mot⁹ circa magnitudinē finitā est finitus. verz de motu per quē illa magnitudo finita ꝑtrāsitur finities: vn̄ q̄libet circulatio est finita p quaz fit reditus de codē in idē circa aliqḋ finitū: sed motus p quē magnitudo finita ꝑtransit infinities nō est finitus duratione. Uel aliter motus circa magnitudinē finitā est finitus. verū est sz velocitatē. Nā i determinato tp̄e τ finito ꝑtransitur q̄libet tota magnitudo finita: sed nō oz ꝙ sit īfinit⁹ sz durationē totalē. ❡ Ad aliaz cū dr̄ motus per quē mobile plurie ꝑtrāsit τc̄. Uerum est si hoc fuit añꝙ puenerit ab codē in idē sicut cōtingit in motu reflexo. ibi. n. mobile ꝑtrāsit pluries eadē signa. hoc est prius q̄ redierit ab codē in idem. Sed in motu circulari nō ē sic. si enīz mobile ꝑtrāsit pluries hoc ē postꝙ redierit ab codē in idez. cū enīz mobile motū fuerit ab a. in a. p media b. c. d. pōt iterū moueri ab a. in a. per eadē media τ codē ordine partiū seruato. in motu aūt recto ꝓcedēdo ab eodē i idē nō seruaf idē ordo partiū: imo pars mobilis que i priori parte motus erat ꝓpinquior termio ad quē: in 2ª parte motus ē remotior ab illo: vt pz ad sensuz. ❡ Ad aliaz dico ꝙ in magnitudine finita pōt esse potētia īfinita fm durationē lz nō sz vigorē vt videbif in ꝯsequentib⁹. Itē in magnitudine finita pōt esse potētia infinita. lz nō potētia actiua sz aliquos. hoc autē sufficit ad hoc vt in magnitudine finita sit motus infinitus: qz magnitudo que mouef perpetuo nō hz nisi potētiā receptiuā mot⁹: nō aūt potētiaz actiuam sibi inherentē fm Aristo τ cōmentatorē in isto 8°. quare τc̄.

❡ Adō autē necesse hoc impꝑtibile esse nec habere magnitudinē dicem⁹ primū de prioꝛib⁹ ipso opponētes τc̄. Te. cō. LXXVIII. Qō. XIX.

Queritur hic. Utrū mouēs finitū possit mouere p tp̄s īfinitū. ❡ Arguif primo ꝙ sic: Qz corpus celeste ē finitū: vt pz ex primo celi τ mūdi: sz ipm corpus celeste mouet ista īferiora p tp̄s īfinitū: vt pz ex 2° de generatiōe. τ in isto 8°. ḡ τc̄. ❡ Itē oē mouens qḋ ē in magnitudine finita ē finitū. hoc est euidēs. sz mouēs qḋ mouet p tp̄s īfinitū est in magnitudie finita. ꝓbatio. qz agēs nāle oz esse intrinsecum passo vt vult Cōmē. in 5° metaphisice. capitulo de principio. sz mouēs qḋ mouet per tēpus infinitū est agens naturale vt manifestū est: nullū enim agens violentū mouet per tēpus infinitū: vt pz ex primo celi. ❡ Itē mouens qḋ pōt semper esse pōt semp mouere. hec videf manifesta. Sed aliqḋ mouens finitū potest semp esse sicut pz de celo. ipsum. n. celum est mouens finitū: τ potest semp esse cum sit ingenerabile τ incorruptibile. primo celi. ergo τc̄.

T. c.

T. c.

T. c.

T. c.

T. c.

T. c.

❡ Oppositum vult Aristo. τ cōmentator.

Ad qōnem dicendum est breuiter ꝙ mouens finitū non potest mouere per tēpus infinitum. Ad qḋ demonstrandū supponenda sunt aliqua. ❡ Primo supponendum est ꝙ cūz aliquod mouens mouet aliqḋ mobile per aliquod spatiū in aliquo

tempore.pars mouētis mouet in minori tēpore partē mobilis per ptē spatij. Verbi gratia: si.10.homines trahunt lignū.10.pedum per spatiū.10.stadioꝝ in decē momentis.manifestum est ꝙ vnus homo moueret lignum vnius pedis per vnū stadium in minori tēpore ꝙ in decē momētis:in quib⁹ mouebat totum mobile. similiter autē ꝛ in alijs:semꝑ enim pars mobilis in minori tēpore pertransit partē magnitudinis ꝙ totum mobile. ¶ 2ᵒ supponēdū est ꝙ oē finitū per ablationē alic⁹ finiti aliq̄tiens facta ꝯsumit:ꝛ hoc pꝫ in ꝑmo hui⁹. ꝛ oē totū ꝯstitutū ex partibus finitis est finitū vt habet ex ꝑmo hui⁹. Tūc pōt demōstratio formari sic. Si mouēs finitū vel terminatū moueret per tp̄s infinitū: tunc sequit ꝙ tp̄s infinitū esset finitū: qḋ est manifestum ipossibile.ꝛ ꝓbatur ꝯña. Ponamus ꝙ mouens qḋ ponit mouere ꝑ tp̄s īfinitū sit a.ꝛ b.sit mobile.ꝛ tp̄s īfinitū sit c. Tūc subtrahat aliq̄ pars motoris.ꝛ sit o.ꝛ aliq̄ ps mobilis. ꝛ sit e.manifestū est per ꝑmā suppositionem ꝙ o. mouebit e. in minori tpe ꝙ sit tp̄s c. Ulterius subtrahatur quedam alia pars mouētis ꝛ addat ad ꝑorē.s.ad o.ꝛ quedā alia pars mobilis ꝛ addat ipsi e.nūc arguet. sꝫ ꝓportionē qua addit ad mouens ꝛ mobile addit ad tp̄s. sꝫ subtrahendo ab a.ꝛ addendo ipsi o.resultat aliqḋ finitū totū: ꝛ similiter sobtrahendo ab ipso o.ꝛ addendo ad e.resultat aliqḋ finitū: qꝛ qḋlibet finitū per ablationem finiti ꝯsumit: vt dicit 2ᵃ suppositio: ꝛ qḋ resultat ex finitis vel terminatis partibus est finitū: vt dicit.3ᵃ.ergo silr addēdo ad tēpus motus resultat tp̄s finitū siue terminatū. sed illud tp̄s qḋ resultat est illud tp̄s i quo totū mouēs mouebat vel equale ei: sicut totū qḋ resultat ex additione partiū motoris est ipse motor totus vel ei equale. ꝛ totū qḋ resultat ex additiōe partiū mobili est totū mobile vel equale ei: ergo illud tēpus in quo mouet totum mouēs est finitū vel equale finito. ꝛ si ē equale finito est finitū: ꝛ ponebat infinitū: ergo est finitū ꝛ infinitū: qḋ ē impossibile. Uel pōt breuiter deduci sic. sm̄ ꝓportionē qua subtrahit a motore ꝛ mobili subtrahit a tempore: sed subtrahendo a motore finito vel terminato aliqḋ finitum tandem ꝯsumit.per suppositionē: ꝛ silr subtrahēdo a tēpore in quo ille motor mouet illud mobile: tādē totum ꝯsumitur sꝫ oē qḋ ꝯsumit per ablationē finiti est finitū vt manifestū est per se: infinitū enim nō ꝯsumitur per ablationem finiti: ergo illud tempus erat finitū.ꝛ sic idem qḋ ꝑus.ꝛ hec est demonstratio Arꝫ.in lra. ¶ Item posset sic argui. Sicut se hꝫ mouens ad ptes mouentis: ꝛ mobile ad partes mobilis: ꝛ sic tēpus i quo totum mouens mouet ad partes temporis: in quib⁹ mouet partes motoris: ꝛ in quibus mouent ptes mobilis. Nā vnicuiq; parti motoris ꝛ mobil' corrñdet aliq̄ pars temporis: cū pars nō possit mouere i equali tēpore cū toto referendo ad partē vel ad determinatū signū spatij super qḋ sit motus similiter se habet motus. Semp enim pars mobilis in minori tempore perausit aliquā partē spatij ꝙ totū mobile. Et similiter pars motoris in minori tpe facit ꝑtransire partem mobilis per partē spatij ꝙ totū tp̄s: min⁹ aūt tp̄s est pars maioris tēporis ꝛ sic vnicuiq; parti motoris ꝛ mobilis correspōdet aliqua pars temporis in quo tot⁹ motor mouet totū mobile. sicut ergo se hꝫ totus motor ad partes motoris ꝛ totū mobile ad partes mobilis: sic totū tp̄s ad partes temporis. Sed cōstat ꝙ totus motor cōstituitur ex partibus motoris: ꝛ totū mobile ex partibus mobilis ergo totū tempus cōstituitur ex partibus temporis i quibus partes motoris mouēt partes mobilium. Sꝫ vlteri⁹ totus mouens finitum constituit ex partibus finitis sibi equalibus. ꝛ similiter totum mobile: ergo totum tēpus cōstituit ex partibus: in quib⁹ totus motor mouet totū mobile: ex partib⁹ dico finitis sibi inuicē equalibus: sed qḋ cōstituit ex partibus finitis est finitū: ergo totū tempus in quo mouet motor finitus ē finitū ꝛ nō finitū. Et breuiter sustentatur hec ratio super hoc ꝙ cum mouēs finitū mouet aliqḋ mobile per aliqḋ tempus: vnicuiq; parti motoris ꝛ mobilis correspondet aliqua pars illi⁹ temporis in qua pte tēporis pars motoris mouet partem mobilis in partē spatij: vt pꝫ ex pria suppositiōe: ꝛ equali parti motoris ꝛ mobilis eq̄lis pars tēporis. Cū igitur in motore finito nō sint partes infinite sibi inuicē equales manifestū est ꝙ in tēpore illo in quo mouet nō sunt partes infinite sibi inuicē equales. Sed hoc cōtingeret si eēt īfinitū vt manifestū est: ergo ꝛc̄. ¶ Contra primā deductionē est vnum dubiū: qꝛ ibi supponit ꝙ a motore finito possit subtrahi vel auferri ps aliq: ꝛ iterū alia ꝛ apponi ꝑori.hoc aūt non est verū vīr. qꝛ a corpore celesti qḋ est mouēs finitū nihil pōt subtrahi: vt satis pꝫ ex pāo celi. Ad hoc diceret Comē. ꝙ ꝙuis a toto celo nō possit aliq̄d subtrahi.tñ hec ꝯditiōalis est vā: ꝙ si a celo aliq̄ pars auferat ps ipsa ī minori tpe mouebit aut mouebit ꝑ determinatū signū ꝙ ipꝫ totū celū: ꝛ hoc est manifestū.nihil.n.ꝓhibe. ꝯditionalē eē verā: cuius antecedēs sunt impossibile vt dictū fuit prius. Sꝫ ex quo sequit ꝯditiōalē que vera est eē falsam: ē falsū ipossibile.mō si mouēs finitū moueret ꝑ tp̄s infinitū illa ꝯditionalis nō posset eē vera: vt pꝫ ex dictis.vel.n.ꝙ pars illius moueret in minori tpe.s.in pte illius totius tp̄is. sequet ꝙ illud totū tp̄s sit finitū vt deducebat prius.

Ad primam rōnē cū dicit ꝙ corpus celeste ē finitū ꝛc̄.ꝓpter solutionem istius rōnis est intelligendū ꝙ sm̄ Aristo.in 6ᵒ huius. tp̄s motus siue duratio in motu locali accipit dupl'r. Uno modo sm̄ partes mobilis. Alio modo sm̄ partes magnitudinis super quā sit mot⁹. sm̄ partes mobilis attenditur duratio mot⁹: qꝛ manifestū ē ꝙ ꝑus vna pars mobilis ptrāsit aliqḋ spatij signū vel aliquā partē spatij ꝙ totū mobile. Ex pte āt magnitudinis q̄ totū mobile prius tpe ptransit vnā ptē magnitudinis ꝙ totā magnitudinē. Mō cū dicit Arꝫ. ꝙ mouēs finitū nō pōt mouere per tp̄s infinitū intelligit hic accipiendo tp̄s motus ex parte ptiū magnitudinis: ꝛ hoc pꝫ ex suo ꝓcessu: qꝛ ipse accipit i sua demōstratiōe ꝙ pars mouētis mouet ptē mobilis in minori tpe ꝙ totū mobile: qḋ nō eēt verū si acciperet tempus motus sꝫ ptes magnitudinis q̄ pertransit: imo sꝫ hoc in equali tpe pars mouentis mouet partē mobilis: sicut totū mouēs mouet totū mobile: eadē enim ē ꝓportio partis motoris ad partē mobilis q̄ est toti⁹ ad totū cōparādo ad totā magnitudinē: vt habetur ex 7ᵒ huius. Et si accipiat tēpus mot⁹ ex pte partiū mobilis: sic est verum qḋ dicit.naꝫ vt sepe dictum est pars mobilis ꝑus tpe pertrāsit partē magnitudinis ꝙ totū mobile. Sic aūt accipiēdo tp̄s mot⁹ ipossibile ē ꝙ mouens finitū moueat per tp̄s īfinitū: qꝛ per tp̄s īfinitū nō mouet nisi mobile īfinitū loq̄ndo de īfinitate ꝓueniente ex pte partiū mobilis: vt manifestū est.mō ꝯstat ꝙ mouens īfinitū nō pōt mouere mobile infinitū: cū virtus motoris semꝑ sit maior ꝙ mobilis. Cū ergo dicit ꝙ celū qḋ ē mouēs finitū mouet ꝑ tp̄s infinitū. Dicendū ꝙ nō mouet per tp̄s infinitū: qḋ quidē tp̄s accipiatur sm̄ partes mobilis celestis.qꝛ ipsū nō est īfinitū sed finitū. ꝛ ideo nō est ꝯtra Aristo. ¶ Sed ꝯ istā solutionē rōnabiliter dubitat.qꝛ Aristo.nō ꝓbat hic istā ꝓpositionē nisi ad demonstrandū īfinitū ꝙ primū mouens non est

T.c.7. T.c.76 T.c.39.

in magnitudine. Et ibi sic arguit: mouens qd mouet per tps infinitum est mouens infinitū. hoc demonstrat hic. sed motor primus mouet per tēpus infinitū. ergo nō est finite virtutis. Ulterius deducitur sicut videbitur posterius. ¶ Tūc dubitat. eo mō dz Aristo. hic demōstrare ꝙ motor finitus non mouet per tēpus īfinitū quomodo accipit īferiꝰ ꝙ motor p̄mꝰ mouet p tps īfinitū. Aliter enī3 suppositiōes sue nō eēnt bone: imo eēt fallacia accidētis aut equiuocatiōis. s3 ipse nō supponit inferiꝰ ꝙ p̄mū mouēs moueat per tempus infinitū īfinitate cōtingente ex partibus ipsius mobilis: vt manifestum est: qꝛ nullum mobile est infinitū. vt p3 ex 3° huius. ꝛ primo celi. sed īfinitate ꝓueniente ex reiteratiōe motus ab eodem in idem. hoc enim mō motus est infinitus vt prius patuit. ergo hic non intendit ꝙ motor finitꝰ nō mouet per tps īfinitū sumēdo tps secūdū ptes mobilis. ¶ Ad hoc dicūt aliq ꝛ satis subtilr vt vr mihi. ꝙ q̄uis p̄mus motor nō moueat mobile īfinitū nec p tp3 īfinitū prout tps motꝰ ꝯsideraf secūdū ptes mobilis tn̄ si eēt mobile infinitū ipse p̄mꝰ motor haberet ipsu3 mouere. Et ex h sequit ꝙ nō dz esse finitus: qꝛ mouens finitū non posset mouere mobile īfinitū si esset: cū motor debeat esse maioris virtutis q̄ mobile. nihil aūt est maioris v̄tutis īfinito si esset. Qꝫ aūt primū mouens deberet mouere mobile infinitu3 si esset ꝓbant sic. Nam primus motor est per se ꝛ p̄ma causa motus. ꝛ p se ꝛ p̄ma causa īfinitatis motus vt māifestu3 est. causa aūt per se debet referri ad effectū per se vt habef ex 2° huius. Unde ipe motor primus debet esse causa īfinitatis motus que per se cōpetit ipsi motui: īfinitas autem motus qua motus per se esset infinitus esset ex partibus ipsius mobilis si mobile esset infinitū. Cū.n. ipsum mobile sit per se subiectum motus manifestū est ꝙ īfinitas que accidit motui ex parte mobilis magis per se cōpetit ipsi motui q̄ īfinitas q̄ ꝯpetit ex partibus magnitudinis. vnde si esset mobile infinitū oporteret ꝙ motor primus qui est primo ꝛ per se cā motus ꝛ infinitatis motus eēt cā illiꝰ īfinitatis quā h3 motus ex partibus mobilis. ita ꝙ moueret mobile īfinitu3 si esset. Ex hoc aūt sequitur vt dicebatur ꝙ ipse primus motor sit virtutis īfinite: ꝛ ex hoc concludif vlterius ꝙ nō sit in aliqua magnitudine vt deducef in ꝯsequentibꝰ. ¶ Sed sine dubio q̄uis istud sit satis subtilr dictum. tn̄ nō videf bene esse ad intentionē Aristo. Nam Aristo. in illa demonstratione in qua ostendit motorē p̄mū nō esse in magnitudine debet supponere ꝙ ipse mouet per tempus infinitū. eo modo quo demonstrauit motū esse infinitu3 in precedentibus: vt p3 inspicienti suā demonstrationē: non enim ꝓbauit motum esse infinitū ꝛ ppetuum nisi vt illud supponeret in illa demōstratione. sed ipse demonstrauerat motū esse īfinitū secūdū circulationē nō secūdū infinitatē mobilis: vt etiā iam manifestu3 est. Et ꝙ dicūt isti ꝙ infinitas ex parte partium est illa q̄ cōpetit motui per se. dico ꝙ nō ē verū simplr: qꝛ hec īfinitas nō est possibilis: cum īpossibile sit hoc modo mobile eē simpliciter īfinitum. imo solum motui possibilis est infinitas secundū circulationē ꝛ reiterationē motus ab eodē in idē: ꝛ iō vr remāere dubitatio. ¶ Propter qd aliqui dicunt aliter: dicūt enim ꝙ intentio Aristo. est hec: ꝙ mouens finitū nō potest mouere per tempus īfinitū tanq̄ p̄ma causa īfinitatis seu ppetuitatis motus. ꝛ s̄m hoc nō valet instantia de celo. celū enim mouet per tēpus infinitū non tanq̄ p̄ma causa īfinitatis motus: qꝛ nō mouet nisi motum ab aliquo alio. ꝛ iō non potest eē prima causa motus: ꝛ de tali intelligit Arist. vt dicunt. ¶ Sed istud nō videtur sufficere: qꝛ demōstratio Ar. videf esse cōmunis ad omne mouens finitū siue sit prima causa motꝰ siue non. Sustentatur enī3 sup istā ꝓpositionē: ꝙ cū mouens finitū mouet aliquod mobile per tēpus aliqd: pars mouētis in minori tēpore mouet partem mobilis p determinatū signū magnitudinis siue spatij in quo vel circa qd fit motus. ꝛ hoc videf esse verum quocūq3 mouēte finito q̄litercūq3 moueat. ¶ Et ideo alij dicūt aliter. ꝛ dicūt ꝙ itētio Ar. est hec. ꝙ mouens finitū nō mouet p tps īfinitū motu vno nūero. mō ipm celū nō mouet aliqd istoꝝ īferioꝝ p tps īfinitum motu vno nūero: qꝛ vnitas nūeralis motꝰ reqrit vnitatē nūeralē mobilis: vt p3 in 5° huiꝰ. s3 nullū istoꝝ īferioꝝ manet vnū nūero p tps īfinitū: vt p3 2° de aīa ꝛ 2° d' gn̄atione: si aūt celū mouet ista īferiora p tēpus īfinitū hoc est motu vno s3 specē vel s3 genꝰ. ꝛ ideo instātia nō valet. ¶ S3 adhuc istud nō vr eē s3 itētionē Ar. nā demonstratio Ar. ita bn̄ ꝓbat de motu vno s3 spē3 ꝙ motor finitꝰ nō mouet p tēpus infinitū sicut de motu vno numero vt p3 ꝯsiderāti demōstrationē illā. Et posset sic argui. Illud tēpus est finitū qd resultat ex pluribus finitis equalibus. hec est manifesta cuilibet itelligēti. sed tempus in quo mouet mouens finitū resultat ex partibꝰ finitis equalibus. qd sic apparet. nā vnicuiq3 parti motoris ꝛ mobilis correspōdet aliq pars tēporis in qua mouet per signū magnitudinis determinatū vt dictū ē prius ꝛ partibus equalibus motoris ꝛ mobilis correspōdent partes tpis equales. Cū ergo partes mouētis finiti iuicē3 equales sint finite: ꝛ similiter partes mobilis: sequif ꝙ partes temporis in quo mouet mouēs finitū sibimuicem equales sint finite: ꝛ sic tempus in quo mouet mouens finitū est finitu3 siue moueat motu vno nūero siue vno spē. ¶ Propter qd forte redeūdū est ad solutionē priorē. Dicēdo ꝙ Ar. itendit hic d̄mōstrare ꝙ mouēs finitū nō mouet per tps īfinitū: prout tps motus attēditur s3 ptes mobilis modo p̄declarato. Ex hoc at debemus elicere ꝙ ēt mouens finitū nō pōt mouere per se ꝛ p̄mo per tp3 infinitū s3 circulationē ꝛ reiterationē mobilis. Nā si mouēs finitū moueret p tps īfinitū s3 circulationē seu reiterationē tāq̄ per se ꝛ prio: cā motꝰ īfiniti tūc deberet posse mouere mobile īfinitū si eēt. Ex q̄.n. esset cā p̄ma īfinitatis motꝰ deberet esse cā illiꝰ īfinitatis seu durationis īfinite q̄ p se ꝯpeteret motui: mō si mobile eēt īfinitū tūc ipsi motui p se d̄beref īfinitas ex pte partium mobilis. q̄ꝛ vna priꝰ tpe ptrāsiret determinatā ptē3 spatij q̄ totū. ꝛ sic si īpole ē mouēs finitū mouere p tps īfinitū ꝓut tps sumif scd̄3 ptes mobilis: īpossibile ē ip3 mouere p tps īfinitū s3 circulatiōe3. ꝛ h erit vtile ad demōstrationē illā p quā ꝯuicif ꝙ motor p̄mꝰ n̄ ē i magnitudine: qꝛ ꝯstat ꝙ ipe mouet p tps īfinitū s3 circulatione3. ¶ Qꝫ si h nō sufficit iquire meliꝰ qꝛ nō possu3 plus ad pn̄s. ¶ Ad aliā cūor. de qd ē i magnitudie finita ꝛc. vez ē si sit i ea sic forꝰ d'ās māe. s3 si sit i ea sic motor ap-propōatꝰ mobili approp̄ato: n̄ o3 ꝙ sit finitū. sic āt est de motor q̄ mouet p tps īfinitū: n̄.n. ē forꝰ d'ās eē māe nec ē i magnitudie finita sic forꝰ i subo ꝛ ꝯstituta i eē p subm s3 solū sic motor i mobili approp̄ato vt videbif pꝰ q̄re ꝛc. ¶ Ad aliā cū dr. mouēs qd pōt sp eē ꝛc. ꝓt ꝯcedi ꝙ celū pt sp mouere s3 circulationē: nō sic p̄ma cā ppetuitatis motꝰ circularis: qꝛ mouet motū. q̄re nō valet ꝛc. Queraf ꝯplemētū huiꝰ q̄ōnis in questiōe extraordinaria de infinitate vigoris dei. q̄ sic icipit. Difficultas ē nō pua.

¶ Qd autē in finita omnino magnitudine non cōtingat infinitam esse potentiam ex his manifestū est ꝛc. Tex. com. LXXIX. Q̄ō. XX.

T.c.56. T.c.46 T.c.33. T.c.34 T.c.4 T.c.44

COnsequēter querit̃. Utrū virtus īfinita possit eē in magnitudīe finita. ¶ Arguit̃ q̄ sic. q: in celo est virtus īfinita mouēs ista inferiora. vt pȝ in isto. 8. ⁊ in. 2. de gñatione: sȝ celum est finite magnitudis. vt pȝ i p̄io celi. ergo ⁊c. ¶ Itē in quocūq̄ ē po^a finita illō ē gñabile ⁊ corruptibile: sȝ celū nō est gñabile ⁊ corruptibile: ergo in ipso nō est po^a finita: q̄re relinq̄t q̄ i ipo est po^a īfinita. aut q̄ nullā hȝ potētiā. ⁊ hoc est absurdū cū sit p̄ma cā corporalium totiꝰ mūdi iferioꝝ. a qua oīs v̄tus huiꝰ mūdi gubernat̃. vt pȝ in p̄mo metheoroꝝ. q̄re ⁊c. maior ꝓpositio ē manifesta. qȯ. n. hȝ potētiam finitam hȝ opationem finitam: eo q̄ operatio est a virtute imediate. Et qȯ hȝ operationē finitam est gñabile ⁊ corruptibile: vt pȝ. 4. metheoroꝝ. ⁊ minor pȝ p̄mo celi ⁊ mūdi. Itē in quocūq̄ est motus īfinitus in illo est potētia īfinita: sȝ in magnitudine finita est motꝰ īfinitus. s. in celo. ergo ⁊c. maior pȝ: q: motus est actus entis in potētia scḋm q̄ hr̃ in. 3. huius. ergo motꝰ īfinitꝰ requirit potētiam infinitā in illo in quo ē: ⁊ minor pȝ ex isto. 8. ⁊ p̄mo ⁊. 2. celi ⁊ mundi. quare ⁊c.

¶ Oppositū arguit̃ auc̃te Ari. h̃ ⁊ sil̃r auc̃te cōmētatoꝛis q̄ voluit q̄ in magnitudīe finita non pōt esse po^a īfinita.

Ad qōnē dico breuiter q̄ potētia infinita. i. potētia q̄ est p̄ma cā ꝑpetuitatis motus non pōt existere in magnitudine finita. Ad cuiꝰ demonstratione sunt aliqua supponēda. Primo supponendū est q̄ maior potētia facit motū equalē cū minori potentia in minori tpe. v. g. Si duo hoīes trahūt vnam nauē p vnum stadium in vna hora. quatuor hoīes trahunt illam nauē p vnum stadium in medietate vnius hore vel in alio tpe miori q̄ sit vna hora: ⁊ sil̃r est in quolibȝ alio motu: ⁊ hoc est manifestū p se. 2° supponēdū est q̄ nullū mouens pōt mouere in nō tpe. loquēdo de motu ꝓprie dicto: cū oīs talis motus sit successiuus ⁊ cōtinuus. Tūc possȝ sic argui. si in magnitudine finita eēt potentia mouens īfinita. s. que esset p̄ma cā īfinitatis motus tunc ipsa moueret in nō tpe: sȝ hoc ē impole p scḋam suppositionē. Probatio cōñie. si sit potentia infinita in magnitudine finita: aut mouebit in tpe. aut in non tpe. p sufficiētē diuisionē. Si diceret̃ q̄ moueret in tpe. tūc capiat̃ aliq̄ potētia finita: oportebit q̄ illa potentia finita moueat in maiori tpe p p̄mā suppōnem. Si aūt vlterius ad illam potētiā finitā addat̃ alia potētia finita tūc mouebit in miori tpe q̄ p̄ma potētia finita: q: addēdo ad potētiā diminuit̃ de tpe. Ulteriꝰ sic accipiat̃ alia potētia finita ⁊ addat̃ aliq̄s adhuc mouebit in minori tpe. ⁊ sic addēdo finita potētiā tandē ꝑueniet̃ ad potētiā aliquā finitam que mouebit in tpe equali illi tpi in quo mouebit potētia infinita: qȯ est impole. p p̄mam suppositionem que dicit q̄ sp maior potentia exñs in magnitudine mouet in minori tpe: ⁊ pōt declarari ista rō exemplificādo in potentia finitis. Ponamus q̄ quatuor hoīes v̄tute sua trahant vnā nauem p vnum stadium in q̄tuor horis. ⁊ duo hoīes trahāt nauē in. 8. horis. tūc si inueniat̃ aliqua virtus que intm̄ excedat virtutem duoꝝ hoīum q̄tum. 8. excedūt quatuor: manifestū est q̄ illi mouebūt nauē in quatuor horis. ⁊ sil̃r in ꝓposito. Si virtus infinita exñs in magnitudine moueat aliqȯ mobile i aliquo determinato tpe vt quatuor horis: accipiat̃ aliqua virtus finita que moueat aliqȯ mobile in. 8. horis: ⁊ tūc si inueniatur aliqua virtus finita que in eadē ꝓportione excedat illā virtutē finitā in qua ꝓportione. 4. ⁊. 8. excedunt q̄tuor. ⁊. 2. tūc certū est q̄ illa virtus finita poterat mouere i. 2. 4. horas q: s̄m ꝓportionē qua addit̃ ad v̄tutem diminuit̃ a tpe. ⁊ sil̃r est in q̄cūq̄ ꝓportione. s. q̄ tp̄us sic se habȝ in quo mouet vna illaꝝ virtutū ad tp̄s in quo mouet alia. Sic igit̃ virtus finita mouebit in equali tpe cum v̄tute infinita: qȯ est impole. ergo relinquitur q̄ illa virtus moueret in non tpe: qȯ est impole. Sȝ vna dubitatio ē hic: quā mouet cōmentator: ⁊ expositor accepit ab eo. Nam p istam rōnē nō solū videret̃ ꝯcludi q̄ po^a īfinita nō est in magnitudine: sȝ etiam q̄ nulla est potentia vel virtus īfinita mouens: q: si esset aliqua po^a infinita mouēs illa moueret in non tpe vt deductum est. qȯ est impossibile: vt p̄us. Ad hoc r̄ndent expositores latini p̄mittendo q̄ nulla po^a que est in magnitudie mouet quasi intellectꝰ. ꝓbatum. n. est in. 3. de aīa. q̄ itellectus nō est v̄tus alicuius magnitudinis. Oīs aūt potētia que nō est in magnitudine mouet p itellectū. Sic. n. ꝓbat Ari. celum moueri a suo motore in. 12 metaph. ⁊ sit autem differētia inter agēs p intellectum: ⁊ agens nālr: q: actio agētis nālis ꝓportionatur nāe eius: ⁊ tm̄ agit q̄tum agere potest vt tanta est calefactio q̄tus est calor: sȝ actio agentis p intellectū nō oȝ q̄ ꝓportionet̃ nāe ipsiꝰ ita q̄ tm̄ agat q̄tū agere pōt. nō. n. edificator tm̄ edificat q̄tū pōt edificar̃: sȝ q̄tū exigit rō forme ꝯcepte. Sic igit̃ si esset aliq̄ v̄tus īfinita exñs in magnitudie seq̄t̃ q̄ motꝰ ex ipsa ꝓcedens essȝ s̄m ꝓportionē nāe eiꝰ: ita q̄ moueret q̄tuȝ mouere posset: ⁊ sic ꝓcedit rō aristo. Sȝ si sit v̄tus īfinita non in magnitudine motꝰ ꝓcedēs ab ipsa: nō ꝓcedit ab ipsa s̄m ꝓportionē eiꝰ ita q̄ non mouet ꝓut p̄t mouere: sȝ s̄m qȯ ꝯuenit fini ⁊ nāe subiecti. Est aūt ꝯsiderādū vt dicunt q̄ nihil mouet̃ nisi magnitudinē hñs vt ꝓbatū est in. 6. huius. Un̄ velocitas motꝰ est effectꝰ receptꝰ a motore in aliquo hñte magnitudinem. Manifestū aūt ē q̄ nihil hñs magnitudine p̄t recipe effectū ꝓportionalē v̄tuti q̄ non ē in magnitudie: q: oīa nā corporea ꝯpat̃ ad aīāȝ icorporeā sic qȯdā p̄ticulare ad abstractum ⁊ ad vle. Un̄ non pōt ꝯcludi si v̄tus īfinita nō sit in magnitudie q̄ ex ea sequat̃ in aliquo velocitas īfinita q̄ ē effectꝰ ꝓportoīs tali po^e: sȝ nihil ꝓhibȝ i aliq̄ magnitudie recipi effectum v̄tutis q̄ ē in magnitudie: q: cā potior ē effcū. Un̄ si aliq̄ v̄tꝰ īfinita eēt i magnitudie seq̄t̃ q̄ effcūs ei correspondēs eēt in magnitudie. s. velocitas īfinita. ⁊ h̃ ē ipole: ergo ⁊ p̄^m: ⁊ h̃ sūt v̄ba. s. Thome i sua expōne huiꝰ loci: i qbꝰ mīfeste ꝓbabat q̄ ē aliqȯ mouēs īfinitū sine magnitudie qȯ p̄t q̄tū ē de se mouere in ñ tpe: sȝ qȯ ñ mouet in tpe h̃ ꝯuenit ex defectu subi qȯ ñ ē natū suscipe talē effectū. Sȝ istud nulloꝰ satisfac̃ dubitatoī: q: siue mouēs īfinitū sit mouēs p itellectū siue nō: oȝ q̄ moueat i aliq̄ tpe determinato: ⁊ illiꝰ tp̄is erit aliq̄ ꝓportio ad tp̄s i q̄ mouet v̄tꝰ aliq̄ finita ⁊ tūc si sumat̃ qdā alia v̄tꝰ finita hñs eādē ꝓportōē ad illā v̄tutē finitā: sic tp̄s hȝ ad tp̄s: nēcīo mouer̃ poterit i eq̄li tpe cū po^a īfinita: qȯ ē ipole sic p̄us: maiō. n. po^a sēp mouet i miori tpe: ⁊ ꝯstat q̄ pō īfinita ē maior q̄ finita. ¶ Itē cuilȝ po^e actiue oȝ correspōdere aliq̄ pō passiua vt pȝ. 5. meta. Si igr̃ aliqo mouēs īfinitū qȯ mouet p itellectū hȝ v̄tutē actiuā velocitatis īfinite: ita q̄ q̄tuȝ ē de se p̄t agere motū in nō tpe: oȝ q̄ isti po^e correspondeat aliq̄ pō receptiua i mobili: qȯ ē ipole. ¶ Itē nos p̄hs nō oȝ aliq̄d ponere qȯ ñ appeat ad sensū. aut q̄ nō possit ex aliq̄ hꝰ appētibꝰ ad sēsū inestigari aut poni. Experiētiā. n. s̄mo nō vox ē vt ꝯcordēt rebꝰ sensatꝭ vt dic̃ Comen. i isto. 8. nūc āt nihil appet nob ad sēsū ex q̄ mediate vl̄ imediate possit ꝯuici q̄ aliqs motor sit vigoris īfiniti: ⁊ q̄ possit mouer̃ i ñ tpe. cū oīs reuolutio ⁊ oīs motꝰ sit i determinato tpe ⁊ hēat velocitatē determinatā. q̄re ⁊c. De h̃ tn̄ poterit fieri qȯ sp̄aliter. Ampliꝰ cum dȝ motor celesti sit v̄tꝰ ñ i magnitudie seq̄t̃ s̄m dcā huiꝰ hoīs q̄ orbes īferiores ñ sūt nati recipe tātā velocitatē q̄tum nati sunt facere sui

T. c. 86.
T. c. 60.
T. c. 46.
T. c. 6.
T. c. 86.
T. c. 8.
T. c. 40.
T. c. 32.
T. c. 17.
T. c. 22.

motores:imo q̄lʒ alioꝝ motoꝝ pōt mouere velocius. Si q̄dē res corpea nō ē nata recipe talē ꝓportionalē v̄tuti q̄ nō est in magnitudine. istud aūt est grauissimū ꝫ iconueniēs. Qd̄ aūt dī de agēte ꝑ intellectū friuolū ē: bn̄ q̄dem veꝝ est ꝙ itellectus trāsmutabilis q̄ nō semp intelligit nec oīmō quicquid pōt intelligere: nō semper agit quicquid pōt agere. sicut itellectꝰ meus. Sed itrans mutabilis qui semper itelligit quicq̄d pōt intelligere ꝛ oī modo perfectissimo quo pōt intelligere: semper agit quicquid pōt agere ꝛ quocūqꝫ mō agere. Nunc aūt intellectus p̄mi est oīno intrāsmutabilis ſm oēs. q̄re ꝛc. Et iō ad p̄n̄ʒ dico alr̄ ſm Cōmen. Et dico ꝙ si ponatur poᵃ infinita in magnitudine necessario sequit̄ ꝙ moueat in nō tpe sicut ꝓbatū est prius: q2 huiꝰ potētia erit ꝓpter ifinita: ꝛ erit assignare tp̄s determinatū in quo mouebit ipsa hn̄s ꝓportionē determinatam ad tp̄s in quo mouebit v̄tus finita vt deductū est: ſʒ si potētia infinita .i. potētia q̄ est cā p̄ma ifinitatis motus nō est in magnitudine aliqua: tūc nō erit ꝓpter finita nec ifinita: q2 finitum ꝛ infinitū solū de magnitudinibꝰ dici p̄nt. aut solūʒ de eis q̄ sunt in magnitudinibꝰ vt dicit Cōmen. ꝛ iō non oportebit ꝙ illa potētia faciat effectū infinitū .s. motuʒ in nō tpe. Et si dicat̄ nūquid illa potētia mouebit in minori tpe q̄ꝫ potētia finita: dicat̄ ꝙ nō. Et cū dī ꝙ potentia infinita maior est q̄ꝫ finita: veꝝ ē de illiʒ q̄ sunt in magnitudine: ſʒ potētia q̄ non est in magnitudine non ē maior nec minor: ꝛ ideo ista potētia infinita q̄ est oīo extra magnitudinē non erit potentia ꝓpter maior nec minor q̄ꝫ finita: nec tp̄us in quo ipsa mouebit hʒ ꝓportionē ad tp̄s in quo mouet v̄tuʒ finita: sicut nec ipsa hēbit aliquā ꝓportionē ad v̄tutem finitam. ꝓportio .n. solius est magnitudinis vel eoꝝ que sūt in magnitudine aliquo mō. ¶ Sʒ ꝯ istaʒ solutionē sunt difficultates alique primo q2 magnitudo: ꝛ ꝑ ꝯn̄s finitū ꝛ infinitū duplr̄ debet̄ forme ꝛ poᶜ motiue q̄ sequit̄ formā. Unoᵒ magnitudo debet̄ forme ꝑ accn̄s sc̄dm extensionem sui subiecti in quo existit. vt albedo dī magna ſm extensionē superficiei in q̄ est. Alioᵒ magnitudo debet̄ forme ſm rōnem ꝓpter pfectionis: ita ꝙ forma pfectior ꝛ nobilior dī maior: vt in paruis niue dicimꝰ aliqn̄ maiorē esse albedinē q̄ꝫ in magno pariete. Quia igit̄ potētia ꝛ forma q̄ non est in magnitudine non hʒ magnitudinē p̄mo mō .s. ꝑ accn̄s sc̄dꝫ extensionem sui subiecti. tn̄ hʒ magnitudinem 2ᵒᵒ: q2 potentia imaterialis ꝛ incorporea q̄to est remotior a mā tanto est pfectior. Istā aūt potentiam .s. pfectam consequit̄ velocitas motꝰ: q2 q̄to aliqua potentia est pfectior tanto vehemētius est motus. Non ergo pōt dici vere ꝙ potētia que nō est in magnitudine nō est finita nec infinita ꝑ accn̄s sc̄dm extensionē subiecti: pp hoc non cāet velocitatē in infinituʒ qd̄ est mouere in nō tpe: ꝛ sic non vr̄ valere ratio Auerroys. Preterea illa rō vr̄ ꝯdicere Aristo. Nam Aristo. in vltima demr̄atione huiꝰ. 8. accipit ꝙ primus motor hʒ potētiā infinitā vt ex hoc ꝯcludat ipm̄ nō eē in aliqua magnitudine: ḡ dicere ꝙ nō hʒ potentiā finitā nec ifinitā ꝯdicit Arist. Iste aūt sunt oppositiones .s. Thome quibus putat destruere rōneʒ cōmentatoris. Et vr̄ mihi salua reuerētia huiꝰ hoīs ꝙ ꝓcedūt ista ex malo itellectu verboꝝ ꝛ intētiōis cōmentatoris. Ad cuiꝰ euidentiā ꝯsiderādū est ꝙ aliquē motorē esse in magnitudine pōt itelligi duplr̄. Unoᵒ ꝙ sit in magnitudine subiectiue .s. ꝙ inexistit vel inhereat magnitudini vel subiecto hn̄ti magnitudinem. vt albedo inest parieti. vel sicut forma substantialis inest mā̄e. Alioᵒ potest intelligi motorē esse in aliq̄ magnitudie appropriatiue. vt talis motor determinatus mouet imediate effectiue tale mobile ꝛ aliud nō moueret ꝛ in tali velocitate nec in mīori neqꝫ i maiori. Et ꝑ oppositū motorē nō esse in magnitudine pōt itelligi duplr̄. Unoᵒ ꝙ non sit in magnitudine subiectiue. Alio mō ꝙ non sit in magnitudine appropriatiue nec subiectiue. modo cū dicit cōmētator ꝙ mouēs qd̄ nō est in magnitudie subiectiue nō ē finitū nec ifinitū: nō itelligit de eo qd̄ nō est in magnitudine subiectiue: q2 ꝯstat ēt ſm eū ꝙ quelibet itelligentia appropriata est vigoris finiti: ꝛ hʒ determinatam ꝓportionē ad suuʒ mobile. vt ipse dicit in 2ᵒ celi. ꝛ. 12. meta. ꝛ tn̄ nulla eoꝝ ē in magnitudine subiectiue. h̄ .n. repugnat oī nature itellectuali: ſʒ itelligit ꝙ potētia q̄ nō ē in magnitudine nec subiectiue nec appropriatiue nec ē finita nec ifinita ſʒ vigorē actiuū motꝰ: ꝛ hoc est verissimū ſʒ ꝑhm̄. p̄mū aūt p̄ncipiū motus ſm eū nullo mō est in magnitudine nec subiectiue nec appropriatiue. Subiectiue nō: q2 est nā itellectualis: appropriatiue n̄: q2 nō mouet actiue imediate aliqd̄ mobile imo ꝑter p̄mū mouēs qd̄ est deus. Oʒ esse aliquē motorē appropriatū p̄mo mobili a quo p̄mus motor hʒ velocitatem determinatam: ꝛ silr̄ cuilibʒ alteri mobili celesti. Et hoc ipse plane ꝓbauit in. 12. meta. i q̄ōne Ioānis grāmatici vbi ꝯmētator ꝙ motus celi ꝯponit̄. ꝛ. depēdet ex duobꝰ motoribꝰ. quorū vnus est finite motionis ꝛ ē aīa exn̄s in eo supple appropriatiue: ꝛ alter motoīs ifinite ꝛ est potentia q̄ nō ē in mā supple nec subiectiue nec approꝑatiue. Veꝝ ē tn̄ ꝙ circa hoc sūt difficultates ꝛ dubitatōes sp̄ales. .vtꝝ p̄mus motor moueat imediate p̄mū mobile: ꝛ iō ō h̄ si et questio sp̄alis. Ad p̄n̄s aūt sufficit mihi ꝙ ītētio ꝯmētatoris est p̄mū mouens nullo mō esse in magnitudine nec subiectiue nec appropriatiue ita ꝙ imediate n̄ agit motū alicuiꝰ mobilis nec est cā ꝓpria alicuiꝰ determinate velocitatis motꝰ: nec p̄t accipi aliqd̄ tp̄s determinatū in quo moueat aliqd̄ mobile: qd̄ q̄dem tp̄s hʒ ꝓportionē determinatā ad tp̄s in quo mouet aliqua virtꝰ finita: ꝛ ideo nō est finitꝰ nec ifinitꝰ in v̄tute actiua motꝰ pp qd̄ nō seqtur ipm̄ mouere in nō tpe. Sʒ si eēt in magnitudine aliqua appropriatiue vl̄ subiectiue oporteret ꝙ eēt cā ꝓpria alicuiꝰ determinate velocitatis motꝰ ꝛ posset accipi tp̄s determinatū motꝰ in quo reuolueret suum mobile ꝛ illud tp̄s haberet ꝓportionē determinatā ad tp̄s in quo moueret virtꝰ finita: ꝛ sic deduceret̄ ad inconueniēs vt priꝰ: ꝛ iō illa instātia non vʒ ꝯ cōmentatorē si bene intelligat̄. ¶ Ad aliam cum dī ꝙ Aristo. assumit motorem p̄mum esse poᶜ infinite. Dicerem hic ꝙ motorem habere potentiam infinitam potest intelligi duplr̄. Unoᵒ ꝙ habeat potentiam actiuam motus infiniti imediate sine motore appropriato: ꝛ hoc non cōcederem. Alio modo potest intelligi ꝙ habeat potentiam infinitam .i. causalitatem ifinitam super durationem ꝑpetuaʒ ipsius motus: ꝛ hoc est verissimuʒ. ipsa .n. est p̄ma causa ifinitatis seu ꝑpetuitatis motus ꝛ videbitur post. ꝛ hoc sufficit ad ꝯuincendū ipm̄ non esse in magnitudine. Erit .n. demonstratio talis. Si primum mouens esset i magnitudine aut esset in magnitudine finita aut in magnitudine infinita. ꝑ sufficientem diuisioneʒ: sed non potest esse in magnitudine infinita: q2 nulla est magnitudo infinita simpliciter: vt pʒ ex. 3. huius ꝛ magis ex p̄mo celi. Nec in magnitudine finita: qd̄ sic ꝓbatur: q2 i magnitudine finita non pōt esse cā motus ifinita: hec est demonstrata hic siue sit cā vt agēs siue vt finis. Sʒ p̄mum mouens est cā motus infinita: ꝓbatio huius. vel est cā motus finita aut ꝫfinita. per sufficiētem diuisionem. Nō est dicendum ꝙ sit cā motus finita: q2 cā motus finita non mouet per tp̄s infinituʒ. hec est demonstrata prius. Sʒ

T. c. 86.

Cō. 41.

T. c. 4º

T. c. 4º

primũ mouēs mouet p tps infinitũ: cum eniȝ motus sit infinitus ƒȝ tẽpus vt demõstratũ est prius. ⁊ motus est a p°mouēte q̃ a secũdo vt prius ostẽsũ est. Sequit̃ q̃ primuȝ mouēs mouet vel est causa motus p tempus infinitũ: ⁊ sic nõ est cã mot° finita: ita. s. q̃ nõ habeat causalitatẽ finitã sup ipsuȝ motũ. q̃re ⁊c̃. Relinquit̃ ḡ q̃ sit causa mot° īfinita. s. q̃ hẽat causalitatẽ īfinitã sup motũ: vel sicut agẽs vl̃ sicut finis: ḡ nõ ẽ in magnitudine finita. q̃re ⁊c̃.

Tũc ad rõnes. Ad primã cũ dicit̃ q̃ i celo est potẽtia īfinita. Potest dici q̃ verũ ẽ nõ que sit prima cã vt agens vel vt finis ꝑpetuitatis mot°: q̃ nõ mouet nisi motũ ab alio. Sic aũt est intelligẽdũ q̃ i magnitudine finita nõ est v̄tus vel po° infinita. s. que sit p̄ma cã infinitatis motus vt dcm̃ est prius. q̃re non vȝ. ¶ Ad aliã cum dr̃ in quocunq; est po° finita ⁊c̃. Ad h̃ dixit Alex. ƒȝ q̃ recitat c̃mentator q̃ ip̃m celũ bene est corruptibile de se: ƒȝ acq̃rit eternitatẽ a motore separato ⁊ ꝑpetuo: ⁊ in hoc assentit Auic. vt recitat c̃mẽtator in 12°. meta. q̃re ⁊c̃. Sȝ istud iprobat c̃mentator ꝑ hoc q̃ Aristo. demonstrauit in p̄io celi: q̃ in eterno nõ p̄t esse po° ad corruptionẽ: ⁊ in. 12. meta. dicit q̃ impoẽ est vt idem sit poẽ esse ex se vel ex sb̃a sua: ⁊ recipiat ex alio esse necessariũ nisi esset poẽ vt nã eius transmutaret̃. q̃ aũt ip̃m celum sit eternum manifestum est ex hoc: q̃ recipit motũ eternũ: vt pȝ ex demonstratis p̄i°. Et ex hoc vlteri° c̃cludit c̃mentator q̃ ip̃m celũ nõ est c̃positũ ex mã ⁊ forma. s. q̃ sit po° ad esse ⁊ ad nõ esse: q̃ oẽ tale ẽ corruptibile ⁊ a nullo ꝑpetuat̃: ⁊ c̃cludit q̃ est sbȝ simplex saltẽ simplicitate q̃ est opposita c̃positioni ex forã ⁊ mã que est in po° ad esse ⁊ ad non esse ⁊ subiecta p̄uationi ⁊ q̃ forma ipsi° non hȝ subsistere p ip̃m ⁊ q̃ in ipso nõ est forma mãlis oĩo. In hoc aũt sũt difficultates plures p̄ma est vtꝝ celuȝ sit gñabile ⁊ corruptibile. Scðã est vtꝝ ip̃m celum sit sba oĩo simplex ⁊ nullo° composita ex diuersis naturis. dico circũscripta itelligẽtia mouente. Tertia supposito q̃ cẽt sba simplex vtꝝ in ipso differret realr̃ esse simplr̃ a sua essentia sicut nitit̃ ꝓbare expositor c̃ cõmentatorem. Sȝ due p̄me q̃ones magis ptinent ad primũ celi ⁊ mũdi: ⁊ iõ magis ptrãseo. Tertia vero questio magis ꝑtinet ad 7m meta. vbi q̃rit̃ gñalr̃: vtꝝ in rebus cãtis essentia differat realr̃ ab esse: ⁊ ideo de hoc non ꝓsequor ad p̄ns. Et ideo dico alr̃ ad illam rõnem cũ dr̃. In quocũq; est potentia infinita ⁊c̃. cõmẽtator r̃ndit q̃ potentia dr̃ īfinita duplr̃. Uno° ƒm durationẽ. s. q̃ non hȝ p̄ncipiũ durationis nec terminũ. Alio° dr̃ potentia infinita ƒm qualitatẽ actionis: ⁊ hoc est q̃d dr̃ alio° potentia īfinita ƒm vigorẽ. s. q̃ põt facere infinitã velocitatẽ: ⁊ quacũq; velocitate data possit velocius moueri. Et p oppositũ potẽtia finita dr̃ duplr̃. Uno° ƒm durationẽ ⁊ est potẽtia q̃ durat p tps determinatũ. Alio° dr̃ potentia finita ƒm qualitatem actionis seu ƒȝ vigorem. s. potentia q̃ põt cãre motum determinate velocitatis ⁊ nõ maioris neq; minoris. Modo verũ est q̃ oẽ illud in quo est potentia finita p̄mo mõ est finitũ. nõ aũt 2° mõ. Nunc aũt potentia mouens que est in celo est finita non ƒm durationeȝ: ƒȝ ƒȝ vigorem ⁊ q̃litatẽ actionis. Quilibȝ. n. motor appropriat° alicui orbi celesti hȝ ad ip̃m ꝓportionem determinatã ⁊ ali° ad aliam. Et ƒȝ diuersitates istaꝝ ꝓportionũ diuersificant mot° celestes in velocitate ⁊ tarditate. vt dicit Commen. Et ꝑp hoc dicit Aristo. in 2°. celi ⁊ mundi. q̃ si in celo essent plures stelle aut maiores q̃ destrueret̃ motus aut tardaret̃ q̃ s. motor non excelleret mobile in eadem ꝓportione vt prius: iõ non oȝ q̃ ip̃m celum sit gñabile ⁊ corruptibile ⁊ dicit Commen. q̃ ista est maxima dubitationũ q̃ accidit i hac sciẽtia ⁊ ei nec determinata fuit nisi cũ grãdi labore ⁊ i tpe vite sue nõ modico. ¶ Ad aliã cũ dicit̃ i quocũq; est motus īfinitus ⁊c̃. Dicẽdũ q̃ duplex est potẽtia. s. actiua ⁊ receptiua vt habet. 5°. metaphy. ⁊ c̃mentator accipit in p° celi. mõ ipsũ mobile bene est in potentia passiua ad motũ. s. in potẽtia receptiua: sed nõ in potẽtia actiua ƒȝ q̃ hmõi. Cõcedẽdũ aũt ẽ q̃ ipsũ celũ bene hȝ potẽtiã receptiuã īfinitã susceptiuã motus vl̃ motionis vt dicit c̃mẽtator: sed nõ hȝ in se potẽtiã infinitã actiuã motus perpetui vni° numero ⁊ cõtinui. Ex hoc aũt vult habere cõmẽtator q̃ ipsũ celũ nõ est c̃positum ex mã ⁊ forma: q̃ omnis potẽtia forme existẽs i corpore siue sit actiua siue sit passiua est finita cũ sit diuisibilis ƒȝ diuisionẽ corporis: ⁊ oẽ corpus est finitũ ⁊ intelligit de corpore gñabili ⁊ corruptibili q̃ oĩs potẽtia existẽs i eo est finita ƒȝ durationẽ. Sed in corpore ꝑpetuo. s. in celo bene est potẽtia infinita ƒȝ duratione. cũ sit ingenerabile ⁊ incorruptibile vt demõstratũ est in p̄io celi et mundi. Cõsiderãdũ etiã est q̃ lȝ celũ nõ ponat̃ habere in se potẽtiã actiuã motus perpetui vni° in numero simpliciter ⁊ cõtinui: bene tñ habȝ virtutẽ actiuã mot° perpetui vnius ƒȝ sp̃em. Nã lumen celi perpetuo calefacit ista iferiora: sed nõ calefactione vna numero ⁊ c̃tiua. ⁊ similiter celũ perpetuo mouet spheraȝ igneam motu locali vt dr̃ in p° metauroꝝ: ƒȝ nõ est mot° vnius numero sicut nec ignis ꝑpetuat̃ vn° nũero. q̃re ⁊c̃.

est aliqua compositio: est conueniens ꝑncipiis Auicēne.
Nam ipse ponit q̄ intelligētie abstracte preter primam
sunt possibiles esse ex se necessario ab alio. Sed Comē
tator multū ꝯdicit huic opinioni in multis locis: ⁊ maxi
me in libro destructio destructionū. Nam dicit ibidē q̄
iste sermo. i. possibile ex se necessario ab alio est sermo ma-
lus. Nā possibilitas est ꝓprietas siue dispositio alia a re
in qua est possibilitas. Illud ergo qd̄ apparet ex manife
sto hui⁹ sermonis est q̄ illud qd̄ est sub primo est cōpositū
ex duob⁹. vni corꝝ appropriatur possibilitas: ⁊ alio cui
appropriatur necessitas: ⁊ dicit preterea q̄ cū dicunt q̄
multitudo que est in scđa causa est per illud qd̄ intelligit
de se: ⁊ qd̄ intelligit de sua causa. Sequit ex hoc q̄ subā
hui⁹ est ex duabus naturis aut ex duabus formis: ⁊ vti
nam scirē que carum est ordinata vel prouenit a pri
ma causa ⁊ que nō. Et sequitur apud eos cum dixerint
de ipsa q̄ est possibilis ex se necessaria ab alio. Nā natu
ra possibilis necessaria est alia a natura necessaria: quā
accipit a necessario ex se. Nā natura possibilis nō pōt
esse necessaria nisi natura possibilis cōuerteret in natu-
ra necessitatis: ⁊ ideo in natura necessaria non inuenit
possibilitas. ⁊ hoc vel si sint necessarie ex se aut ab alio.
⁊ hec oīa dicta ab eis sunt sophisticationes ⁊ sermōes de
biliora sermonib⁹ loquētiū: ⁊ sunt intētiones addite in
phia ⁊ nō cōuenientes ꝑncipiis physicorꝝ: ⁊ nullus co-
rū habet sufficientiā sermonis rhetorici: ⁊ maxime ser
monis topici. vel ꝓbabilis. ⁊ si hoc fuisset sic q̄libȝ earū
formarꝝ esset vna sm subm multe sm diffōnē. Dicit pre-
terea in illo libro in q̄stione querente an primus sit sim-
plex q̄ necessariū quomodocunq̄ ponetur non habet
in se aliquā possibilitatem: ⁊ non inuenitur aliquid ha
bens vnam naturā vel q̄ sit vnius nature: ⁊ dici potest
de illa natura q̄ sit possibilis sm aliquid: necessaria secū
dum aliquid: quia iam declaratū est q̄ necessarium nul-
lam habet possibilitatē. nā possibile opponitur neces-
sario: sȝ illud quod est possibile est q̄ sit aliquid necessa-
rium secundum vnam naturam: possibile sm aliam: si-
cut dicitur de corpore celesti: q̄ est necessarium secundū
substantiam: possibile secundum motū in vbi. Sed in-
uenit in dictis Commentatoris in dicto libro: modū per
quem ipse vult moderare dicta Alfarabij ⁊ Auicen. Di
cit enim q̄ cum dixerunt possibile ex se non intelligunt
ex hoc proprietatem additā supra substantiam: sicut in-
telligit de possibili secundū veritatem: vel non: vult di-
cere de possibilitate materie. nā materiale est vere pos-
sibile: dicit ulterius: sed intelligunt ex hoc q̄ substantia
aut natura eius dat q̄ nō sit necessarium nisi ꝓpter cau-
sam: ita q̄ significat substantiam a qua cum fuerit nega-
ta sua cā nō est necessaria: idest q̄ negat necītas ab ipā:
⁊ quasi volunt dicere q̄ necessarium vel est necessarium
per se: idest q̄ sua necessitas est in se vel ex se: vel est neces
sarium propter causam ⁊ illud quod est necessariū pro
pter causā nō est necessarium ex se: ⁊ dicit q̄ nullus du
bitat q̄ iste differentie non sunt substantiales. i. dantes
esse subām neq̄ addite super substantiam: sed sunt intē-

tiones dicere: fm negationē aut relationez sicut dicimus de aliqua re qd̄ est ens. nam non significat intētionē sibi additam extra animā. vnum etiam non significat intē- tionem additam super quiditatē ⁊ subam: nō enī quę- libet res in qua intelligunt dispones diuerse necessario ille dispōnes sunt addite supra suam subam extra aiam. ⁊ iste est modus negationū vel priuationū ⁊ relationū. ⁊ ideo non videtur multis antiquis enumerare predica mentū relationis inter entia existentia extra aiam: ⁊ nō est impole in vna substantia vel essentia esse negatio vel affirmatio in suis dispōnib⁹ absq̧ hoc ꝙ sit multitudo in substantia ⁊ essentia. Sed tamē adhuc Cōmentator dicit ꝙ iste sermo aut oratio Auicē. non est bonus. Naz ens qd̄ hz causam in suo esse non habet significatū nisi priuationē. Uolo dicere ꝙ omne qd̄ est ens ab alio vel p aliū nō habet de se vel ex sua essentia nisi priuationez nisi natura illi⁹ sit natura veri possibilis. Et iō diuisio en tis in necessariū ⁊ possibile nō est diuisio nota cū nō itel ligat de possibili: verū possibile. iaz amor declarandi in duxit me dicere ista: qr per iā dicta multa dicta occulta erunt manifesta. Redeamus ad nostrū. Dicit enim Cō- mētator in sua abbreuiatione loco pallegato postq̄ re- citauit opinionē Auicē. vt posui in pria rōne. Et in hoc est dubium. Nam cū dicimus ꝙ ab vno non puenit nisi vnū est verum in efficiente fm ꝙ est efficiēs tm̄ non fm ꝙ est forma ⁊ finis. Nam forma ⁊ finis dicit̄ de eis age- re similitudinarie: sed quesitum pprium in hoc est an sit possibile ꝙ ab vno simplici ordinat̄ plusq̄ vnū: ⁊ ꝙ per ficiat̄ ab ipso plusq̄ vnū: ⁊ si hoc sit impossibile questio erit vera. vult dicere per hoc ꝙ deus non est motor pri- mi corporis: ⁊ si hoc est verū q̄stio est falsa. ⁊ iā locuti su mus de hoc in alio loco. Arguamus igit̄ sic. fortior rō ad pbandū istam ɔnē sicut ibidem dicit: est hec. s. Auic. sed hec est falsa: ⁊ multū debilis: sicut dixi de mente Cō mētatoris. ergo hec conclusio non est ponenda. s. ꝙ de⁹ nō sit mouens fz effitiens. similē huius ꝙ posui ex ver- bis Cōmentatoris in sua media expōne dic. 12. metaph. 44. cōmēto. dicit enī: qd̄ aūt moderni dicūt subaz pri- mā esse priorez motore totius. falsum est. quelibet enim substātia istarū est principiū substātie sensibilis fm mo- torem ⁊ fm finez. Et ideo dicit Aristo. ꝙ si alique sube essent non mouentes essent ociose. Joannes aūt de Iā- dono in suis qōnib⁹. 8. phy. voluit extorquere hoc dcm̄. ⁊ dixit ꝙ Cōmētator in hoc ꝙ dicit priorem motore to tius intelligit prioritatē tēporis: ita ꝙ Cōmētator vult cōtradicere dicentibus ꝙ intelligētie sunt de nouo pro- ducte: ⁊ dicit ꝙ cū dixit Cōmentator ꝙ quelibet suba istarum est principiū substantie sensibilis fm motorem ⁊ fm finem. ꝙ intelligit cum dixit fm ꝙ est mouens fm ꝙ est finis motus ⁊ intelligit: cum dixit ⁊ fm finē fm ꝙ est finis substantie sensibilis: ⁊ q̄uis dictum Cōmentato ris valde est manifestū: ⁊ maxime cū consideratū fuerit illud qd̄ posui ex verbis illius in sua media expositione. vbi dicit ꝙ isti negauerunt a prio pricipio maxime pro- prium sibi: ⁊ est mouere: ⁊ non remansit apud eos prici- pium nisi fm formam ⁊ fm finem tm̄: tamen preter hec dicta volo remouere expōnez eius: qr vere est expositio hominis nō intelligentis primū. sic Cōmentator arguit cōtra Auicē. Sed Auicē. non ponit intelligentias eē a deo de nouo pductas: sed dixit ꝙ deus nō mouet pmū corpus: vt pz per eius rōnē: q̄uis ipse sit causa finalis: sz alia intelligentia a deo mouet illō. ergo ⁊c. nec vult Cō mentator hic remouere creationem mūdi de nouo: qr si sic q̄re arguit contra dicentes ꝙ est prior motore to- tius: ⁊ nō arguit contra dicentes ipm esse priorez oībꝫ

aliis intelligētiis ⁊ entib⁹. Et cū hec rō quā ponit ɔtra sic opinātes. s. ꝙ cū illic nō est potētia neq̧ agens sit for- tior ɔtra credētes creationē mūdi. quare ergo nō ɔclu- dit prio sequi ex dictis eoꝝ creatione eē de nouo qd̄ se- quit̄ ex dictis eoꝝ: sicut dicit Joānes que est maxima rō ɔtra dicētes pductionē intelligētiarū: ⁊ tūc rō facta ēt erit fortior: sed dicit ɔtra eos ꝙ nō est illic puentus neq̧ ɔsecutio sed intelligēs vel intellectus ⁊ itellm̄: ⁊ q̄uo se- quit̄ ex rōne eoꝝ quā posuit creatio de nouo. P. qualis erit ordo ⁊ habitudo huius dicit: cum dicto ante hoc si dicere volumus ꝙ ɔtradicit creationi: sicut dicit Joan- nes. nā ipse dicit in pricipio cōmētū: qm̄ iā declaratū est ex hoc sermone subas eternas eē plures. vna ⁊ ꝙ in eis est pria. s. illa q̄ oīa mouet: vult dicere primū celum: ipse enī in oibus q̄si suis cōmentis vocat motorē primi celi mouens totū vel oīa. Dicit vlteri⁹ ⁊ scdaz ⁊ 3am fm or- dinē orbiū: ipse ergo dicit subas eternas ⁊ nō dicit mo- tores: ⁊ postea dicit ꝙ pria caꝝ est mouēs totū vel oīa: ⁊ iō bñ pz ꝙ opinio modernoꝝ quā recitauit est ɔtra h de directo cui ɔtradicit Cōmētator: ⁊ quo fm opinionez Joānis ɔtradicit huic opioni: per rōnē quā ibidē dixi. s. ꝙ quelibet suba caꝝ est pricipiū ⁊c. ⁊ maxime fz modū fm quē ipse exponit dictā ppositionē: ⁊ q̄uo dic̄ postea Cōmētator ibidē ꝙ primū pn̄m hz actionē ⁊ reliq̄ que ibidē dic̄ ɔtra istā opionē: vide cōmētū. expō aūt Joan nis de illa ppōne Cōmētatoris est error. nā ipse ponit p li motorē ꝙ dicit Cōmētator motionē vel motū. . qr hoc dictū est hois q̄si nō itelligētis q̄uo ille sube sunt pn cipia sube sensibilis fm pricipia phyicoꝝ. Nā Cōmēta- tor cōmēto. 6. 12. meta. dicit. declaratū igit̄ est in hac scia ꝙ ens nō male qd̄ iam declaratū est esse mouens subam sensibilem est suba antecedēs subaz sensibilē: ⁊ ꝙ est prin cipium eius fm formā ⁊ finē ⁊c. ergo abstracta sunt mo tores ⁊ forme ⁊ fines substātie sensibilis. Et hoc intelli- git de oibus substantiis abstractis: vt pz illic. P. sermo demōstratiuus est per se ⁊ de omni: ⁊ Cōmētator. 5. cō- mēto. eiusdē inquit. declaratū etiā in hoc tractatu ꝙ pn cipiū prime substātie abstracte etiā est substātia ⁊ forma ⁊ finis: ⁊ qd̄ mouet vtroq̧ mō: pricipiū aūt sube abstra cte non est nisi deus: ⁊ dicit in media sua expōne vt iam dixi: ⁊ fm hanc dispōnē verificat̄ de corporibus celesti- bus ꝙ sunt entia pPter istas substantias inq̄tū ille sube sunt principia eoꝝ fz motionē ⁊ fz formā ⁊ pfectionē. Modus aūt declarationis hui⁹ declarabit̄ in qōne se- quenti ⁊ iaz Cōmētator locutus est de hoc cōmēto. 37. 12. metaph. Et Auerroys in de substātia orbis reprehē dit dicētes ꝙ Aristo. non posuit causam efficientem ni- si im̄ mouentē. ⁊ dicit in libro quē fecit contra Algazel ꝙ iā hec questio fuit inter peripatheticos ⁊ platonicos . s. an mundus habet efficiens. Naz fm platonem ponē tem mundū pductuz non est dubiū ꝙ ponit causaz effi- cientez. Sed Aristo. postq̄ ponit mundum esse eternuz quomō habebit causam efficientem fm euz. Et peripa- thetici respondēt ꝙ Aristo. bene ponit causaz efficien- tem: ⁊ solutio stat in hoc ꝙ esse corpoꝝ celestiū ɔsistit ⁊ remanent p motū ⁊ dans motū facit motū: ⁊ cū ista cor pora celestia non pficit̄ eoꝝ esse nisi per motū. dans er- go motū est pficiēs corpora celestia. Uult dicere aliquo mō. Dicit vlteri⁹ ꝙ iam declaratuz est apud eos ꝙ ipse dat vnitatem: per quā mūdus est vnus. Uult dicere. 12. metaph. cōmēto. 52. ⁊ in libro celi. dicit vlterius ꝙ dans vnitatē q̄ est cōditio in esse cōpositi dat ptes ex quib⁹ ē cōpositio. Nā cōpositio est cā eaꝝ sicut declaratū est in illo libro. Et hec est dispō pmi pricipij cū toto mūdo: ⁊ iō inuētio eternitatis in ipso. s. mūdo est ꝙ nō habet pu-

cipium neq; finem: ꝛ q2 nō intelligunt hoc loquentes vi
detur eis difficile dicere mundum eternū ꝛ deū eternū.
Et ideo ꝑductio eterna magis verificat de ipo ꝙ eter-
nitas. videtur ergo expresse ex dictis eius ꝙ motor mū
di est efficiens mundū.s. dans motum ꝛ efficiens ipsum.
ꝛ certū est ꝙ ille cui appropriat esse efficiens mundi est
deus: sicut Auerroys asserit expresse ibidem. ergo deus
est mouens ꝛ efficiens motū. ꝛ quare fm exponēz Joā-
nis nō dicit Cōmentator ꝙ quolibet coꝝ principio ꝛ est
cā finalis motus ꝛ celi: sed dixit fm motorē ꝛ fm finez:
ꝛ fm exponēm eius est: ac si diceret est causa finalis mo-
tus ꝛ causa finalis: ꝛ deficit tūc li corporis celestis: ꝛ sic
similiter repetitur causa finalis: ꝛ sic est negatio: ꝛ eo ma
gis ꝙ illud qd est causa finalis alicui9 est etiā causa fina-
lis accntiū ꝑprioꝝ illius. nō ergo indigebat hoc dicere.
Preterea quō includit simul oīa abstracta in ista propōne.
Nā ꝑpositio tunc fm sua dicta est q̄si equiuoca vere eni
hec expositio est multū extranea ꝛ fantastica. ¶ Itē ad
pricipale. nā Cōmētator .i2. metaph. cōmēto .37. dic ex
ponēs verba phi ibidē dicētis: ꝛ est etiā illo qd diligitur
ꝑpter se ꝛ desideraf inter hec principia abstracta: qruz
vnūqodq; est aliquid vnū simplex. ꝛ elemētū corporis qd
mouet est illud qd est ex eis in fine nobilitatis ꝛ simplici
tatis ꝛ vnitatis: ꝛ intēdebat per hūc sermonē distingue
re inter primū pn^m ꝛ alia pricipia abstracta. Alia .n. vi-
dent esse electa ꝛ desiderata ꝑpter alia. s. pricipia alioꝝ
motuū celestiū. pter motū diurnū: qd aūt huc motū fa
cit videt esse electū per se cū versus ipsum mouet omne
motu velociori ꝛ maiori motib9 ꝑprijs vniuscuiusq; eorum
est ergo electū per se ꝛ amatū oib9: tale aūt est perfectū
in fine. Joānes aūt exponit ꝙ mouet mediate: sz hoc est
falsuz. Nā Cōmētator dic ꝙ pricipiū desideratū ꝑpter
se īter hec pricipia quoꝝ vnūqodq; est altuz corporis qd
mouet. s principiū magis pfectū mouet corpus determi
natū sic reliqui motores. ꝛ qre fm suā opinionē nō dat
differētiā īter primū ꝛ reliquos qd ipse mouet tanq̄ finis
reliqui aūt sic efficiētes: ꝛ puto ꝙ nō cōsiderauit princi-
piuz huius dicti Cōmētatoris aut omisit illud ex inte-
tione ꝑpter amorē opinionis ꝑprie nā quō phs ponit
dr̄iam inter res nō ꝯuenientes in vna actione. ꝛ quō ve-
rificat hoc qd dicit Cōmentator ꝙ versus ipz mouetur
omne motu velociori motibus ꝑprijs vniuscuiusq; coꝝ nisi
dicendo ꝙ Cōmentator ponit dr̄iaz inter motorē ꝛ mo
tū pmi corporis īmediate ꝛ īter reliq̄s motos ꝛ moto-
res. ¶ Itē phs ꝛ Cōmētator cōmēto .48. volēdo ꝑ-
bare numeꝝ abstractoꝝ nō motoꝝ: nisi q2 subē abstra-
cte sunt motores sz eos p̄ciseuō plus neq; minus: dicit
phs. Dis natura ꝛ omnis subā in qua pars nō existit ꝛ
est per se inuenit dispositionez meliorem. ꝛ in alia trans-
latione loco de li in qua pars nō existit ponitur impassi
bilis. Dicit vlterius. nō igitur est alia omnino nisi ista: i-
mo necesse est ꝙ numerus subarum sit iste: qm si alia sint
mouebunt igitur q2 sunt pfectio motus: ꝛ in alia trāsla-
tione finca loco de ly pfectio: sed impossibile est vt aliq̄
motus sint s pductis: ꝛ in principio illius text9 dicit. ne-
cesse est igit reputare ꝙ pricipia imobilia ꝛ sensibilia sūt
hui9 numeri: intentio ergo sua est declarare numeꝝ sub-
stantiaꝝ abstractaꝝ. nam non dixit in hoc sermone mo
tores ꝛ ꝙ numerus motoꝝ sit fm numerū motuum vel
mobilium: sed dixit numerus subarum: ꝛ dat rationē sup
hoc ꝙ abstracta sunt fm meliorem dispositionē: melius
aūt est motore q2 sunt finis ꝛ perfectio motus. ergo non
inuenitur forma de illis nō mouens. numerus ergo co-
rum est fm numeꝝ motuum equaliter. Et Cōmentator
exponēs ibidē dicit: si aūt posuerimus ꝙ impossibile est

vt sit corpus celeste qd nō hz iuuamētū in motione stel-
le alicui9: ꝛ posuerimus ꝙ principia mouētia impole est
vt sint nisi in dispōne meliori: vult dicere pricipia abstra
cta ꝛ si nō in suo dicto poneret aliquid supfluc. Nā neu
est dubiū ꝙ forme mouentes mouēt: ꝛ addit ꝙ nō acci-
dit eis passio materie: cū sint entia per se nō in mā. Et cū
coꝝ in dispōne meliori est vt sint mouētia necesse est vt
via numerādi ista principia sit via ista. s. ex numeratione
motuū stellaꝝ: cū enim posuerimus ꝙ nulla substantia
abstracta est que nō moueat: q2 tūc inueniret in dispoſi-
tione diminuta. Et cū posuerimus ꝙ omnis orbis est ꝑ
pter stellam ꝛ si nō esset ociosuz manifestū est ꝙ via nu-
merandi istas substātias est via numerādi motū stellaꝝ.
Et dicit ꝙ hic phs confirmat h vlterius qm necesse est
si alie subē sint ab istis substantijs vt sint corpora motus
celestia alia ab istis corporibus: qm vnaqueq; illaꝝ sub
stantiaꝝ est perfectio ꝛ finis motus. Et cōcludit. impos
sibile est igit vt substātie mouentes sint nisi ille que sunt
fm numerū motuū. Dictum aūt Joānis in hoc dicentis
ꝙ pter istas formas ponitur forma mouēs fm finē tan-
tū. Et phs non intendit nisi numerū motoꝝ falsum est.
Nam phs ibidē dicit: q2 ꝛ substātias ꝛ principia imobi-
lia ꝛ insensibilia tot rationabile existimare: ꝛ parū post
addit: imo necesse est ꝙ numerus subarum sit iste: ꝛ non
dixit motoꝝ. P. ratio phi est nisi ꝯtra hoc. ¶ Itē phs
ꝛ Cōmētator cōmē. 43. dicūt oppositū. Nā phs inquit.
nos aūt dicimus de substantijs omnibus. principiū enim ꝛ
primū entiū nō mouet neq; essentialr neq; accntaliter:
ꝛ mouet ꝛ facit primū motū etiam. verum est tamē ꝙ in
translatione hebraica sic inuenitur. nos dicamus iaz ex
positis ꝛ determinatis ꝙ principiū ꝛ primū oium entiū
nō mouef neq; essentialiter neq; accntaliter: ꝛ ꝙ ipsum
mouet primū motū eternū ꝛ nō ponif: ꝛ facit. ꝛ dicit vl
terius: ꝛ nos videmus pter motū toti9 simplicē de quo
dicimus moueri a subā nō mobili alios motus eternos
qui sunt erraticoꝝ. Videt expsse g ꝙ primū pricipiū en
tium mouet primū corp9. Joānes aūt dicit ꝙ mouet me-
diate: ꝛ hoc nihil est. nā nō solū mouet pmū corpus tm
mediate fm h: imo oia. qre g attribuit sibi pmū tm: cui
rndet Joānes ꝙ pmū sibi tm attribuit: q2 motor illi9 cor
poris pmi est nobilior: ꝛ itelligit pmū nō pfectiori reli-
quis: sz hoc nihil ē. nā mot9 corpoꝝ celestiū oīuz sz mo
tū diurnō est vnus mot9 ꝛ ꝑpter vnā intentionē: q̄uis sit
aliq̄ diuersitas iter eos sic declaratū est in multis locis ꝛ
maxie in .2. celi. cōmēto. 42. 58. 70. ꝛ .71. Et in abbreuia
tione metaph. Et id sz istū motū debemus dicere ꝙ ipse
mouet illa corpora oia nō tm pmū sz istā pōnē. P. phs
ibidē dicit. Manifestū est igit ꝙ subē sunt fm numeruz
illoꝝ ꝛ loquif de sepatis: vt pz expsse in alia trāslatiōe.
Et Cōmentator ibidē explicans magis dicta phi dicit.
nos nōt possumus declarare bene multitudinem istaꝝ
subarū ex reb9 dictis ꝛ iducere ad viā qua quis pōt scire
numerū coꝝ: pn^m aūt illi9 est h qū pus declar nūma. s.
ꝙ primū pn^m entiū est aliquid imobile. Et ꝙ h facit pri
mō motū eternū ꝛ diurnū. Et paꝝ post dic: sz nos vide
mus in celo plēs mot9 pter motū toti9 celi quē dicim9 fie
ri a pma subā imobili. s. motū stellaꝝ erraticarū. Et mi
rū est sz opinionē Joānis quō nunq̄ attribuit neq; phs
nec Cōmētator motū pmi corporis suo motori appro-
priato: sz semp dicūt ꝙ est actio pmi pricipij. Et postea
Cōmēta. dic. ꝙ numer9 earū est fm nūerū motuū: ꝛ hoc
est valde extraneū sz modernos sermoꝝ. s. ꝙ dicit semp
de numero eaꝝ: ꝛ nunq̄ loquif de pma subā: imo ponit
p^mu in numero eaꝝ numerādo motores: vt pz. ꝛ hec erit
causa erroris in cognoscēdo primā causam. ¶ Itē Cō-

mentator.12.in fine cōmenti.391.sup illud phi.hoc enim deus.dicit fm hoc qd̄ sonat hoc nomen est vnuz eternū valde nobile ⁊ declaratū est rōne aliqd̄ tale est esse ⁊ est illud qd̄ mouet omne.hoc igitur est de⁹.⁊ in nostra trāslatione inuenitur:⁊ est illud qd̄ mouet totuz. ¶ Itē cōmento.37.dicit.incipit demonstrare qd̄ intellectū est illud intellectum qd̄ mouet totū celum motu diurno qui est maximus ⁊ velocissimus motuuz.⁊ postea in illo cōmento dicit:ꝙ ille motor est in fine nobilitatis: ⁊ in cōmento.30.inquit.declaratū est ergo subam esse eternam ⁊ semꝑ mouentē. Et ideo nihil ꝓdest ponere subaz eternam in qua non sit ꝑncipiū mouendi. Et hoc expressius dicit ibidez phs.⁊ Cōmētator cōmēto.38.dicit. vult declarare modū colligationis entiū transmutabiliuz cum ꝑma suba. Et postea dic̄ loquēdo de motu diurno. ⁊ qꝛ illud qd̄ mouet ipsum est nō motuz cū sit in actu impossibile est vt sit fm aliaz dispōnem. Idest qd̄ mouet ipsuz primū motū:qꝛ est actus purus sine aliqua potentia. Et postea dicit.ꝙ ꝑmus motor mouet istum motum tantū sine medio. Et ioānes exponit sine corpore medio nō sine motore medio.⁊ puto ꝙ ipse nō exponit ꝑ ꝑmū motorē approꝑatū ꝑmo corpori:qꝛ vidit ꝙ Auerroys dicit de ipso ꝙ act⁹ purus:⁊ in ꝑncipio dixit ꝙ vult declarare modū colligationis ⁊c̄.cū ꝑma suba:⁊ nō dixit cū ꝑmo motore.quomōcūqꝫ sit expositio sua est extranea. Nam nō est dubiū in illo loco ꝙ primus motor mouet corp⁹ ꝑmū sine corpore medio:⁊ hec nō indiget declaratione:preterea negatio que ponit̄ ibidez.s.sine medio negat omne mediū:vt sciūt logici. P.phs ⁊ Cōmētator expresse.2.celi.cōmēto.37.hoc dicūt.phs ibidem enim dicit:⁊ cū ita sit dignus est:vt motor ꝑm⁹ sit hmōi:cā.n. ꝑma mouet ꝑmū cātū tantū.i.ꝑmū corpus:vt pꝫ ibidē: ⁊ Cōmētator dicit.necesse est:vt motor ꝑmi mot⁹ sit nō trāsmutabilis:qꝛ motor ꝑmi moti est ꝑm⁹ motor ⁊ ens simplex est qd̄ mouet motū simplex:⁊ intelligit Cōmentator per ꝑmū motū corp⁹ supremū:⁊ per alia mota res existētes sub ipo vt pꝫ ex verbis ei⁹.12.metaph.37.⁊.34. Item Cōmētator.2.celi.cōmēto.64.dicit.quedā acquirunt ꝓpinquitatē ꝑmi qd̄ est de⁹ pauca opatione. Et est orbis totū continens:⁊ cōmeto.62.declarauit hoc magis.vnde Cōmēta. Et ꝯsidera etiā cōmēto.71.ill⁹ scōi: ⁊ ex solutione scōe difficultatis pꝫ intelligēti ꝙ ꝑmū est qd̄ mouet ꝑmū corpus:vnde dicit similr intelligendū est ꝙ vltimus orbis mouet alios orbes.s.sicut dicit ꝙ nobilius mouet totū:qm̄ ista ꝑncipia prima po ͣ spōalis non diuidit̄ in alijs orbib⁹ nisi qꝛ potentia diuidit̄ in vltimo orbe quēadmodū potētia mouēs aīal nō diuidit̄ i alijs mēbris:nisi qꝛ ꝑmo diuidit̄ in corde:videt̄ ergo ꝙ inter hanc potentiā que imediate ꝓcedit a ꝑmo:⁊ ꝑm corpus nō est mediū.i.ꝙ nō est mediū iter ꝑm ⁊ corpus ꝑm neqꝫ corpus neqꝫ intelligentia. Qꝫ aūt hec virtus causet̄ immediate a ꝑmo simplr tūc ꝓportio ad aliq abstracta ē sic ꝓportio ꝑmi ꝑncipis in ciuitate cū alijs regib⁹ ꝑticularib⁹ pꝫ ꝑ Auerroym in li⁰ destructio destructionū. naz ipse ibidē dicit.ꝙ aūt oia ꝑncipia abstracta ⁊ nō abstracta sint causata vel ꝓducta a prima causa.⁊.i.aliq mō.⁊ ꝙ ꝓpter illam virtutē ꝓductā.s.de qua dixit ꝑmus mūdus est vnus:⁊ per illā ligant̄ omnes partes eius in tantū ꝙ totus est ꝯueniēs vni actioni sicut vnū aīal in quo sunt multe virtutes ⁊ actiones ⁊ mēbra diuersa.nā ipm apud scientes ponitur vnū.ꝙ aūt hec potentia sit causata a ꝑmo est res ꝯcessa ab oībus. Nam omnes celi apō eos.s.phos.est quasi vnum aīal ⁊ mot⁹ diurnus assimilatur motui vniuersi aīalis.i.fm locū:⁊ motus partiū celi.i.alioꝝ corpoꝝ preter primū assimilatur motib⁹ particularibus membroꝝ animalis. Et dicit post paruz ꝙ si nō esset hec virtus non esset hic ordo:⁊ fm hoc verificatur ꝙ deus facit omnia ⁊ ꝯseruat ipsa. ¶ Arguo igit̄ ex dictis Cōmentatoris sic. Illa potentia īmediate diuiditur vel est in ꝑmo corpore:sed illō a quo hec potētia causat̄ est de⁹.ergo imediate causat̄ a deo in isto corpore ꝑmo:sed hoc nō est verū ponendo aliquā intelligentiaz inter ꝑmā subam ⁊ ꝑmō corpus.ergo talis īcelligētia nō debet poni. Adhuc dicit assimilatur multū ciuitati quēadmodū ciuitas regitur ⁊ sustentatur ꝑ primū ꝑncipē:⁊ per principes ꝑticulares sub primo:ita est in mūdo.⁊ certū est ꝙ primū hꝫ actionē sicut declarauit ⁊ sicut apparet ex exemplo ei⁹. Nota tamē ꝙ hoc argumentū patitur cauillationes si nō recte intelligat̄:nam diceret quis ꝓuenit a prīo i prīo corpore sine medio corporeo: nō tamē sine medio oīno.hoc tñ remouet̄ ꝯsiderādo in dictis:⁊ qꝛ Cōmentator assimilauit hoc corpus cordi. ꝓpterea remouet̄ ꝯsiderādo rōnē:ꝓpter quā ponit̄ hec virtus. Quid aūt sit hec virtus nō est declaratū:⁊ forte dictā postea. ¶ Itē phs ⁊ Cōmentator cōmēto.55.12. metaph.dicunt ꝯtra Anaxagorā ꝙ ipse dixit sermonez diminutū:qꝛ ꝯtinget et ponere aliud principiū non sicut dicimus ꝙ principiū mouens mouet fm ꝑfectionē:⁊ cōplementū:vt videmus medicinam mouere ad se:mouet enim ad sanitatem:⁊ medicina est forma sanitatis:vult dicere ꝙ oīs medicina que est in aīa medici mouet ad sanitatē:⁊ illa.s.forma que est in aīa artificis est quodāmodo sanitas:sicut forma domus que est in anima artificis est quodāmodo domus:⁊ dicit in fine cōmenti si igit̄ sanitas nō eēt in subiecto sicut est de primo principio:tūc medicina mouet et vtroqꝫ modo.s.fm ꝙ est agens motum ⁊ finis.⁊ hoc est magis manifestū ex dictis ei⁹ hic ꝙ̄ illud qd̄ dicit cōmento.44.vt posui. Naz illic dicit fm motorē.hic aūt dicit fm ꝙ est agens motū. Ideo expositio Joānis illic nō est vera fm ꝙ oīno declarat positionem Cōmētatoris.etiā sicut diximus est illō qd̄ inuenit̄ in quadā sua epistola.vbi dicit hec verba. Alfarabius: ⁊ Auicē.⁊ sequentes eos opinant̄ primū principiū non mouere primū corpus celeste:⁊ putant ꝙ hoc sequit̄ qꝛ est vnum omnino ⁊ in fine simplicitatis:⁊ nos semꝑ hāc viam considerantes scimus ipsam non esse demonstratiuam.nā si esset demonstratiua nō fuisset incognita ab Aristo.⁊ reliquis peripatheticis. Et iō si fm hoc ponūt ipsum non mouere aliquid:⁊ sequitur ipsum esse ociosum sine actione: ⁊ ꝙ sit quedam fantasia vel quid fantasticum ⁊ similitudo quedam.postea ponit rationem Themestij pro ista positione ⁊ declarat eam sicut iam dixi:deinde dicit ꝙ non sequitur per rōnē Themistij ꝙ primus motor nō sit mouens oīno sicut sequit̄ fm eos. Illud aūt qd̄ isti dicunt ꝙ ab vno non ꝓuenit nisi vnum vanū est Nam nō est aliquis ꝓuentus ab aliqua causarum.naz a materia nihil prouenit neqꝫ a forma neqꝫ ab efficiente. Nam a forma ꝓuenit actio habentis formaz ⁊ ab efficiente ꝓuenit motus generationis vel transmutationis:vult dicere qñ:⁊ ideo in abstractis nō est prouentus neqꝫ habent vere efficiens:sed sicut efficiens sensibile qui mouet mām in tm̄ ꝙ facit illud quod est ens in po ͣ eē ens in actu:nō qd̄ fac̄ formā:⁊ ponit eā in mām. Et qꝛ ibi nō est mā nō est efficiēs vere.nam actio agētis nō est nisi motus transmutationis vel gñationis:⁊ motus requirit subm:nisi diceret quis aliquid fieri ex nihilo sicut ponunt leges:⁊ tūc erit verū dicere abstracta eē ꝓducta. Inuenit̄ tñ in eis intelligēs ⁊ intellm̄:perficiēs ⁊ perfectum. Hoc est visum mihi adducere in declaratione huius conclusionis de mente illustrium phoꝝ.

Et declaratum est ex hoc etiam esse positionem Cōmētatoris sine dubio: et tamen si quedaz eius verba exponantur per reliqua. nā adducā quasdā suppōnes seu propositiones: q2 nō debent simplr dici suppōnes: ex quib⁹ apparebit solo argumentoz cōtra istā cōclusionem: et per ipsas declarabunt̄ mlta fundamēta scie diuine. Declarabo aūt illas ex mēte Cōmē. et ex vbis ei⁹ s3 posse meū.

¶ Prima suppositio est q aīa celi et forma eius abstracta et motor suus sunt vnū in esse: distincta aūt sm cōsiderationē .i. cū cōsiderata fuerint sm modos diuersos. nā forma abstracta considerata sm q est mouens vocatur aīa. sm se aūt cōsiderata vocat intelligentia hec suppositio vel cōpositio: q2 nō oīno deberent dici suppōnes: declarat ex verbis Auerroys: et fundamētis ei⁹. q aūt sint aīata corpora celestia p3 ex verbis ei⁹ in lib⁹ destructio destructionū. vbi sicut loquens peripatheticis. Sed positio coz vera est q motū sm motū circularē nō querit per ipsū3 .s. motū locū: s3 qrit motō met circularē: q aūt est tale motor ei⁹ necīo est aīa nō natura: vult dicere sine cognitione: nam motus nō h3 esse nisi in itellectu: nā non inuenit extra aīam nisi mobile vel motū et in ipsum est aliquid motus vel aliqua pars motus nō mensurate vel nō mensurabilis. Illud aūt qd mouet ad motum sm q est motus appetit ipm necio appetens aut motu3 cognoscit ipm necio. et hec est vna via per quā pbat corpora celestia habere intellm et appetitū: et iā p3 hoc per alias vias multas. Una eaz q vnū motū ex illis corporibus mouetur sm motus oppositos simul .s. ab oriente in occidentē et ecōuerso. Et hoc nō potest esse a natura. nā qd mouetur nālrer mouet sm vnū motu3 tm: et iam precessit sermo de rōnibus a quib⁹ moti sunt pbi q celū haber intellm et q manifestioz coz est. q2 declaratu3 est eis q motiones coz sunt intelligentie abstracte a materia de necessitate nō mouent nisi inqtum sunt intellecte et cognite: et cum sit ita motu3 ab ipsa est intelligēs et cognoscens necessario. Apparet hoc etia3 q2 motus corū sunt necessario requisiti in esse istoz inferioz et cōseruatione ipsoz. et non pōt hoc eē accn̄talr vel a casu. Uult dicere q hoc puenit ab ordine intellectuali qui est causa in esse istoz: et p3 q ipse intelligit hic cū dixit ipsa habere intellm ipsa esse aīata: nam questio ibidē est an sint animata. Preterea ipe pbat per hoc ipsa eē appetitiua. appetitus aūt est pprius anime: sicut dicit Auerroys in epistola de possibilitate continuationis. cap⁹. 9. Ubi loquendo de itellectu possibili inquit. et iste intellectus materialis q non habet aliquā formam assimilatur valde animabus corporum celestium. Na3 dispositio vel intētio anime in ipsis nihil aliud est nisi appetitus ad motū cognoscendi illam formā abstractā per modū receptionis. Et dicit in fine cōmēti. 41. 12. metaph. hoc etiā modo pprio magis apparet. corpus enim celeste animatu3 est necessario. Similem sciam omnino ponit. 2. celi. cōmento. 61. Jam enim dixit ibidem expresse q celum est animatum et adduxit rōnes super hoc. Item locut⁹ est de hoc. 3. cōmento scdi celi. Item dicit cōmēto. 36. 12. Et ex hoc quidem apparet bene: hec corpora esse animata et q nō habēt de virtutibus anime nisi intellectū et virtutem desideratiuā que mouet in loco. Et in suo tractatu de substantia orbis versus finem dicit. Necesse fuit et hec virtus que neq3 leuis neq3 grauis sit in corpore simplici et ipsam nō habere subiectu3 aut contrariū: et vt sic anima necessario nō admitta materie: sed anima corpori eternic a q ista anima no sit abstracta a corpore suo. Et cū hec separata ab ipso inqtum illud corpus nō indiget ipo q2 est permanēs per se. Uult dicere q hec anima non est abstracta a corpore sicut res que nō appropriatur corpori. Nā ipa est mouēs illud corpus. mouēs aūt est cu3 moto. Nam omne motum ex se mouetur per virtutem existentem in eo sicut dicit ibidem: sed tamen non inheret corpori .s. q ipsa anima nō existit in mā mediate dimensionibus sicut forme mãles. nam tunc esset compositū et generabile et corruptibile. Et iō est abstracta a materia. Postea ibide3 dicit: et cū considerauit de istis virtutibus declaratū fuit ipū appetitiua3 ipa3 esse virtutē de virtutibus anime tantū. hoc etiā videt. nam nos videmus hec corpora celestia esse determinate magnitudinis et figure: et q mouent ex se a partib⁹ determinate non a quacunq3 parte nec per aliquid extrinsecū: tale aūt est vnū de necessitate. ppter hec enī3 dicim⁹ res esse vnā: dixi aūt nō per aliud extrinsecum. q2 ferrū mouetur ad magnetē ab extrinseco: hoc aūt impossibile est in celo .s. moueri ad aliquod corpus extrīsecū seu ab aliquo corpore extrinseco: vt p3 suo loco tale etia3 mouet a quacūq3 parte et si adiungitur huic q ipsum mouet sil' ad partes oppositas erit hec rō magis cōpleta. dixi aūt ferrū moueri ab extrinseco: q2 mouet p̄sente magnete q est quid extrinsecū. Qz aūt hec sit idē cū intelligētia abstracta p3 per p̄ncipia pbi et Auerroys. Nam illa aīa est abstracta a materia: vt declaratum est in cōmento. 36. 12. metaph. in hoc pposito. vbi dicit. q declaratū est in libro de aīa. formas abstractas et itellect⁹: quapropter h mouens est intellectus et hoc mouēs est aīa sic dicit ibidem. ergo aīa et intelligentia vel intellectus in ipsis sunt idem et vnū. Et dicit in de substātia orbis. Et ideo videtur q forme corpoz celestiū et maxime forma corporis vltimi continentis sit quodāmodo anima .s. ppter appetitum existente3 in eis. Et mouere et quodāmodo intellect⁹: et est forma simplex p quaz animal celeste cōponit ex vno mouente et vno moto. Et in sua abbreuiatione metaphysice postq pbauit corpora celestia esse animata dicit: et cū sint animata ipsa mouentur ppter sensum aut imaginationē aut per cognitionē itellectualē: s3 impossibile est habere sensu3. Nā sensus positi sunt in aīali ppter salutē. Et hoc corpus declaratū est ipm eē eternū et sile est de imaginatiua. na3 ipsa data est aīali ppter salutē. Et vbi nō ē sensus nō pōt eē imaginatiua et si fuisset mot⁹ hui⁹ corporis ppter sensu3 aut imaginatiuā motus ei⁹ nō esset vn⁹ cōtinuus: vult dicere q2 vnus venit post aliū sm diuersas imaginatiōes et sensatiōes sm pōnem Auic. dicētis q ipsa imaginant situs diuersos qs mutāt. Et ipe ibidē declarauit istā cōnā3. magis et in aliqs locis. Et dicit cōcludēdo: et cū ita sit nō remanet qd mouet nisi ppter appetitū qui ē ppter cognitionē itellectualē vl' a cognitiōe itellectuali. Et postea dic: et cū declaratū ē h de eē istoz p̄ncipioz op3 cōsiderare qle ē eē coz: et quo sunt motores et quot modis sunt p̄ncipia istoz corpoz celestiū diuinoz. et via ducēs ad hoc est ponere h illō qd declaratū est in scia de aīa. nā maior pars p̄ncipioz que hic ponunt sunt accepta ab illa scia et nulla est via ad cognoscēdū h gen⁹ entiū s3 q ē sibi pprium nisi post cognitionē illi⁹ scie. Et iō ponit in legib⁹ cognosce te: et tūc cognosces creatorē tuū. Dicam⁹ g q iā declaratū est in illa scia q forme hnt duplex eē: vnū sensibile aut sile sensibili: et ē eē eaz in mā. Dixi aūt sile sensibili: q2 forma imbelis nō ē sensibilis salt̄ p sensū experiēntiā eē et itellectuale qd hnt sm qd abstrahunt a mā. Et iō si sit sunt hec forme quarū esse est sm q nō sunt in mā de necessitate sunt intelligētie abstracte: nā forma sm q forma non h3 terciū eē: eē g istoz motoz est s3 q sūt itelligētie. Et dic in li⁹ destructio destru. in qōne 6⁹. q pbs pōit q eis nō ...

sua substantia est cognitio tm̄.nam ipsi vident ꝙ forme non sunt cognoscentes nisi ꝓpter hoc quia sunt materiales. Et ideo cū inueniꝰ aliq̄d imāle scitur ipsum esse cognoscens: ⁊ ad hoc habeat rōnem.nā ipsi vidēt formas quādo sunt abstracte in itellectu ꝙ sunt cognitio ⁊ itellectus: ⁊ ꝙ itellectus nihil aliud est q̄ forme abstracte a mā: ⁊ cum sit ita illud qḋ nō est abstractuꝫ in fundamēto sue nature magis debet esse cognitio ⁊ intellectus illud qḋ in fundamēto soe nature est abstractum. Et dicit in qōne 2ª ⁊ cum verificatū est apud eos esse istius subē videlicet abstracte considerauerunt in nā formatuꝫ naturalium ⁊ inuenerunt quasdam earum propinquas ad actum ⁊ remotas a potentia: qꝛ quedā earum sunt minꝰ passibiles quibusdā: qḋ est signū māe ꝓprium eis: ⁊ inuenerunt aiam magis puram a mā: ⁊ maxie intellm̄. Uult dicere vt credo gn̄abilem ⁊ corruptibileꝫ vt virtus cogitatiua sequens formam hois ꝓpriam in tantū ꝙ dubitauerant de ipo an sit mālis vel nō: ⁊ qꝛ viderūt formas cognitas ex formis aīe ⁊ inoenerūt eas sine mā sciuerūt ꝙ causa cognitionis est esse abstractum a mā: ⁊ cū inoenerunt intellectum non esse passibilem cognouerunt ꝙ causa ꝓpter quā nō cognoscit formam nihil aliud est nisi qꝛ est perfectio quedā potētialis. Uult dicere qꝛ est in mā: sꝫ quādo est perfectio completa cui nō admiscetur potentia. Uult dicere ꝙ non est in mā tūc est intellectꝰ. ⁊ de istis iam locutꝰ est Cōmētator in libꝰ de aia. postea ibidem arguit aliter de hoc dicens cū ipsi.s.phi viderūt etiaꝫ ordinē existentē in nā: ⁊ in actiones eius ꝓcedens fm ordinē intellectualem similē ordini artificiali sciuerunt ꝙ est hic intellectus qui dedit istis potentijs nālibꝰ hoc.s.ꝙ actiones eoꝝ sint fm actiones intellectꝰ: ita ꝙ sunt ingeniose. ⁊ ꝓpter has rōnes dixerūt absolute ꝙ hꝫ ens qḋ est intellectus simplr̄ est dans ordinem entibus inuentū in actiones eoꝝ. Nam sicut dicit Auerroys.12. metaph.in sua media expōne ordo intellectualis qui inuenitur in entibus que sunt pter subam. Uult dicere abstractum inest eis ꝓpter ordinem exitem in suba simplici non composita: qꝛ ipsa nō est in se intellectus in actu: sed est intellectus per aliud ⁊ in potētia: ⁊ causa eius est ordo intellectualis qui est in suba simplici cui nō admiscetur mā: sꝫ est intellectus per se ⁊ sua suba est in actu ⁊ est vere vnus ⁊ simplex ⁊ intellectus in ipso est intellm̄: sed suba composita non est vere vna neqꝫ simplex neqꝫ est per se intellecta: sed est intellecta per aliud: ⁊ nō itelligo hic de simplici illud qḋ dicit respectu cōpositi sicut dicimus elementa esse simplicia respectu mixti ex eliis: sed intelligo ꝙ in ipso nō sit aliq multitudo ⁊ ꝙ est vnū oino: ⁊ cū sit ita illud qḋ intelligit corpus celeste. de primo ordine abstracto a materia qui est causa in eternitate corporis celestis: ⁊ finis est causa in eē ordinis intellectualis in oibus partibus mundi: sicut illud qḋ intelligit rex ⁊ princeps de legibꝰ ⁊ regimine est causa in eē ordinis ⁊ regiminis in oibus partibus ciuitatis. Uult dicere in sūma ꝙ illud qḋ est intellm̄ in potentia ⁊ non est in se ⁊ in sua suba itellm̄: opꝫ ꝙ sit tale ꝓpter intellm̄ in actu per se taleꝫ: continens in se illum ordinē intellectualem ⁊ est causa illiuſ. Et dixit cōmēto.61.2.celi.declaratū est in phicis ꝙ motor corporum celestium non est in materia. ⁊ declaratū est in libro de aia.ꝙ illḋ qḋ est hmōi est intellectꝰ. ⁊ declaratuꝫ est in pma philosophia ꝙ forma intelligibilis non mouet nisi fm desiderium qḋ sit a suo intellectu.pꝫ etiam ex fundamentis Auerroys contra Auicē.ꝙ celum nō habet formaꝫ neqꝫ aiam preter motorem abstractum.s.alia a motore abstracto. Declaratū est ergo celum habere intellectuꝫ ⁊ ꝙ anima eius est intellectus ⁊ motor. ꝙ autē anima ipsoꝝ ⁊ intellectus est idem cum forma eorum ꝓbatur.nam ipse Cōmentator 12.metaph.cōmento.36.dicit.fm igitur ꝙ ista intellecta sunt forme eorū sunt mouētia fm agens: ⁊ cōmento.6. eiusdem dicit.declaratū est igitur in hac scientia ꝙ ens nō māle qḋ iam declaratum est esse mouens subām sensibilem est substantia antecedens sobstātiam sensibilem: ⁊ ꝙ ē principiū eius fm formaꝫ ⁊ finē. Et postea in eodem cōmento inquit: ⁊ cecidit dubitatio in hoc ꝙ principium formale ⁊ mouens nō sunt tria numero sed vnū in subiecto ⁊ tria in rōne. Uult dicere fm diuersas cōsiderationes: vt pꝫ ibidem per ipsuꝫ ⁊ in media sua expositione.12.dicit concludendo post hoc qḋ dixit de ordine intellectuali. Et ideo non inuenitur ista substantia cū substantie sensibilis fm ꝙ est mouens ipsum tantuꝫ: sed fm ꝙ est etiam causa eius fm finem ⁊ fm formam. Nā amatum ⁊ desideratum est causa amantis ⁊ appetentis fm istas tres dispositiones. vult dicere ꝙ inq̄tum desideratum est bonum apud qḋ vel ꝓpter qḋ mouetur est finis: ⁊ fꝫ hoc de causa moeꝰ eterni: ⁊ est motor ⁊ forma etiam quia est perfectio eius ⁊ actiones eiꝰ sunt per ipꝫ. actio aūt rei ꝓuenit ab ipsa ꝓpter eius formā. ⁊ hoc magis declarabitur in qōne scda. Declaratum est etiaꝫ per illud qḋ posui ꝙ illa dicit aia inq̄tuꝫ appetit ⁊ mouet. nam ista sunt ꝓpria anime: considerata aūtem fm se dicitur intelligētia: ⁊ debes scire ꝙ ex dicto Auerroys in cōmēto.36 duodecimi. vbi dicit ꝙ fꝫ ꝙ sunt forme mouent fꝫ efficiens: declarabitur ꝙ deus mouet effectiue. Nam ipse est forma sine dubio: vt dictum est multotiēs: sed debes scire ꝙ fm ꝙ est anima dicitur esse cuꝫ corpore. nam motor est cum moto. ⁊ omne qḋ est ex se motuꝫ mouetur per virtutem existentem in eo. Et ideo fm istū modum dicitur esse finitum non in tempore: sꝫ in actione: idest ꝙ ipse mouet corpus determinatum fm motū determinatum: ita ꝙ non potest mouere corpus maius neqꝫ motum velociorem. fm enim istum modū appropriatur corpori: ⁊ dicitur esse cū ipso qḋ corpus est vere diuisibile ⁊ finitum: non tamen potest diuidi: sed habet partem extra partem: ⁊ illud est qḋ vere dicitur esse finitum vel infinitum: fm autem ꝙ est intellectuꝫ ⁊ desideratum: aut fm ꝙ est in se consideratum non dicitur esse finitum neqꝫ infinitum eo modo quo declaraui. Nā fm hoc non dicitur esse cum corpore: sed dicitur de ipso fꝫ ꝙ est intellectum ⁊ desideratū quod mouet vel est causa motus eterni per tempus infinitum. Et videtur mihi ꝙ hoc intellexit Cōmentator in tractatu de substantia orbis versus finem.vbi dicit. ⁊ cum considerauit in virtutibus appetitiuis celestibus inuenit eas esse finitaruꝫ potentiarum. Et patet ꝙ ipse nō intellexit finitateꝫ fm durationem. Nam hoc est contra fundamenta sua. Patet preterea ꝙ ab illis motoribus motus est perpetuuſ. ergo non distinguitur nisi per operationem intellectus .i.fm diuersas considerationes. Nam ipse ibideꝫ dicit: ⁊ cum considerauit in continuationem motus eorū fuit declaratum ꝙ causa continuationis motus earum non est ista virtus qua mouentur: sed illud quod largitur eiſ continuationem est aliquid appetibile: quia cōtinuatio non ꝓuenit nisi a motore nō moto: sequitur ꝙ illud mouens neqꝫ est corpus neqꝫ potētiali in corpore ⁊ ꝙ ē intelligentis abstraera. Patet ergo ꝙ causa cōtinuatiōis ⁊ perpetuoatis motus huius est: qꝛ motor nō est corpꝰ neqꝫ admixtus corpori aut materie: ⁊ hoc inuenitur in omnibus istis motoribus. Et iō non indigemus alia cā sicut putauit Joānes: neqꝫ etiā est dubiū sicut postea declarabitur ꝙ intellectum ⁊ desideratum sunt vnū in re

cum appetente ⁊ mouente.s.cū virtute qua mouetur.er
go appetibile qḋ est causa ꝯtinuationis motus nō distin
guitur in esse a motore sicut intellexit ibidē Joānes.nō
ergo distinguitur nisi fm intentionē ⁊ ꝯsiderationem sicut
dixi:⁊ qḋ facit hoc qḋ dixi eē clarū est qḋ dixit Cōmēta-
tor in illo tractatu ante hoc.Inquit enim ⁊ nō est dicen
dū ꝙ forme quib⁹ mouentur corpora celestia sint alie ab
eis ad quas mouentur ⁊c̄.vt ibidē declarat:⁊ paruū post
dicit ꝯcludendo.ergo nihil est in corporibus celestibus
per qḋ forma qua est mot⁹ differat ab ea ad quā est mo-
tus:imo sunt eedē forme:⁊ non differunt nisi in dispo-
sitione ⁊ ad id quiuit potest:vt dicit Arist.ꝙ intellectus
⁊ intellectū idē sunt in corporibus celestibus.Declara-
tur preterea ex dicto eius ibidem.vbi dicit.⁊ cū considera
uit de istis virtutibus declaratū fuit ipsi ipsas esse virtu
tem appetitiuā de virtutibus anime tantū.Uult dicere
⁊ appetitus in ipsis presupponit cognitionē.i.nō est sine
cognitione.Et idō intelligunt etiā.Et dicit vlterius ꝙ cū
considerauit de istis virtutibus appetitiuis celestib⁹ in-
uenit eas moueri ad appetibile nobilius ipsis:declarat
aūt postea ꝙ desideratū est intellm̄:⁊ ipse ⁊ suū intelle-
ctum sunt vnū.Et ideo nō possumus itelligere ex dicto
Cōmentatoris:ꝙ differunt in re:⁊ maxime qz aīe eorū
abstracte sunt a mā:abstractū aūt a mā est intellect⁹:sicut
dixit.Intellectus aūt ⁊ intellm̄.de quo iā dixit esse idem
qḋ desideratū sunt vnum ⁊ idem in ipsis:⁊ in fine dicit
ꝙ istud corpus celeste intelligit hanc intelligentiā.Uult
dicere desideratā que est cā continuationis motus:⁊ pȝ ꝙ
ipse intelligit hic per corpus celeste aīam celi que est in-
tellectus:sicut declaratū est.declarabit aūt postea ꝙ in
tellectus in abstractis ⁊ intellectū sunt vnū ⁊ idē.Et si
dicta Cōmentatoris nō intelligunt sicut dixi nullo mo-
do verificabit illud qḋ posui in declaratione pricipalis cō
clusionis ex verbis eius in sua media expositione.vbi di
cit illud qḋ intelligūt de pncipijs determinatis vel pro-
prijs eorū:⁊ multa alia ibidem posita nō erūt vera si nō
itelligent vba Cōmētatoris sic dixi:⁊ ꝯsidera illa vba.

¶ Scḋa ꝓpositio ꝙ intelligēs intellectus ⁊ intellm̄ sunt
vnum ⁊ idem in quolibet abstractorū.i.ꝙ qḋlibȝ abstra
ctum intelligens intellectus ⁊ intellectū in eo sunt idē.
In hoc tn̄ est differētia inter primū ⁊ reliquas intelligē
tias:hec suppositio est quasi nota per illud qḋ iā dictū
est ⁊ magis declarabit.qḋ aūt intelligens ⁊ intellect⁹ ⁊
intellm̄ in abstractis sunt vnum declaratū est ex verbis
phi ⁊ Cōmētatoris cōmēto.39.12.⁊ cōmēto.51.⁊ in li-
bro destructio destructionū.qōne 3ᵃ in 3ᵒ mō prope finē
sermonis incipiētis.Dico cū dicimus rem esse possibile
esse.Et in qōne dicente an deus sit vnus.in sermone inci
piente.Et cū totū hoc ipsi dicunt deū.Et in qōne querē
te an deus conueniat cū alio aliquo in genere.in sermone
incipiente:cōpositio aūt que est inter genus ⁊ driam.⁊
in multis alijs locis ibidē:⁊ in abbreuiatione sua meta-
physica:⁊ in qōne 6ᵃ inquit.Et si sit aliquid sine mā intel-
lectus in ipso est intellm̄:⁊ dicit preterea in illo liᵒ.Et qz
primū.s.ens est apud oēs simplex.vt dicit Auic.⁊ alijs
difficile qōo ab ipso ꝓueniat multitudo in tm̄ ꝙ inducti
sunt ꝓpter hoc dicere ꝙ prim⁹ nō mouet motū diurnū:
sȝ a primo ꝓueniat mouēs motū diurnū:⁊ ab isto moto
re ꝓueniūt duo.celū qḋ mouet:⁊ motor qui est preter ipsū:
⁊ hoc est error fm fundamenta phorū.nam intelligēs
⁊ intellm̄ sunt vnū ⁊ idē in intellectu humano maxime
in abstractis:⁊ postea dicit ꝙ eius sunt intellm̄ ex verbis
Alfarabij:⁊ Auic.ꝙ motor scḋs intelligit suā subaȝ ⁊ in-
telligit suā cāȝ:⁊ sȝ ꝙ intelligit se ordinat vel ꝓueniat ali-
qd.Et sȝ ꝙ intelligit de suo pncipio ꝓueniat ab ipso aliō

quasi ipse hȝ duas formas aut duas subas vel naturas
sicut intellexit Algazel ex dictis ipsorū est falsū:nam si
sic esset cōpositus plusꝙ ex vna forma:⁊ tūc illa forma
erit vna in subo multo fm diffōnem sic est aīa.Et dic̄ in
sua abbreuiatione metaphysice.ꝙ hō erit primū intelle-
ctum fm qḋ est nō māle.s.ꝙ intellectus ⁊ itellm̄ est vnū.
Et id̄ inuenit hō in oib⁹ abstractis:⁊ hoc declarauit ma
gis ibidē:sȝ ego accepi itētionē qā tm̄:nā si quis vult sci
re ista extra loca vbi ordinate de istis tractat phi erunt
sibi ꝓbabilia:vt bene declarat Cōmentator ꝯtra Alga
zel in liᵒ.d.d.Et dic̄ in liᵒ illo in qōne querēte:an mūdus
sit effect⁹ dei grā in 3ᵃ difficultate ꝙ nō est suba vel qui-
ditas intelligentie causate apḋ phos nisi illud qḋ intelli
gūt suo pricipio.Et nō sunt hic due res.s.vna ex istis qui
ditas ⁊ reliqua intētio vel res addita supra qditatē vel
subam.Nā si fuisset sic esset compositum simplex aūt.s.
abstractū nō est cōpositū:pȝ ergo ꝙ intelligēs intellā ⁊
intellm̄ sunt vnō ⁊ idem in abstractis.Qz aūt sit ordo in
hoc inter ea aliquo mō declaro declarādo pri⁹ ꝙ alie in
telligentie intelligūt primā.hoc aūt ꝓbat multiplr:pmo
vniuersali mō:⁊ hoc declarandū ꝙ ista abstracta de ne-
cessitate hn̄t primō pricipiū:⁊ ꝙ nō sunt dino distincta:
ita ꝙ nō sit inter ea dependētia cause ⁊ cāti:⁊ hoc sic:nā
hoc nomē.s.pricipiū aut dr̄ de eis vniuoce aut equiuo-
ce aut fm pri⁹ ⁊ posteri⁹ qḋ vocat analogie:sȝ nō pōt di
ci vniuoce nā vniuoca nō sunt multa nisi ꝓpter mām:hec
aūt sunt īmaterialia ⁊ falsū est etiā ꝙ dicat de eis pure
equiuoce:qz iā declaratū est ipsa esse vnius generis ⁊
nō intelligo hic per genus genus diuisū in spēs sȝ qḋ di
citur vniuoce.Nā hoc impole est in eis:sȝ intelligo qḋ
vniuersale dictū de eis fȝ pri⁹ ⁊ posterius vel quādā na-
turam.sicut hoc nomē intellect⁹ ⁊ abstractū ⁊ principiū
.s.ꝙ vere dicit de ipso.s.ꝙ sunt pricipia ⁊ motores vni⁹
entis.s.mundi ⁊ si nō:mōdus nō esset vnus ⁊ colligat⁹:
⁊ cū hoc sit ita.nō pōt dici de ipsi hoc nomē pricipiū ni-
si fm pri⁹ ⁊ posterius:sȝ illa a quib⁹ dicit aliquid fm pri⁹
⁊ posterius de necessitate sunt attributa ad aliqd qḋ est
causa esse illius dispōnis in eis.Uerbi gratia.hoc nomē
caliditas dicit de rebus calidis per habitudinē ad ignē
qui est causa caliditatis aliorū calidorū:⁊ ex hoc appet
ꝙ est aliquod primō principiū istorū motorū.¶ Itē nos
videm⁹ istos motores eē diuersificatos in nobilitate ⁊
dignitate.Nā motor mot⁹ diurni nobilior est oibus:si-
cut declaratū ē suo loco:res aūt diuerse in dignitate:qn̄
nō sunt diuerse fm spēm tūc diuersitas inuēta in eis est
ꝓpter prioritatē quorūdā eorū super alios in illa itētio
ne vel re in q̄ ꝯueniunt.Res aūt sic disposite de necessi-
tate quedā eorū sunt cāte a qbusdā ⁊ primō in eis est cā in
eē oium aliorū.Et ex hoc videt ꝙ prim⁹ mouet fm effi
ciens.Nā postꝙ abstracta ꝯueniūt in suba:sic dictū est
debent ꝯuenire in actione sequēte subam.Hoc etiam pȝ
alia via magis ꝓpria.Nā nos videmus actiones istorū
corporū celestiū ordinatas vel ꝓductas per eorū mot⁹ ⁊
iuuant in esse cuiuslibȝ entis istorū inferiorū ⁊ in ꝯserua-
tione eorū in tm̄ ꝙ nos videmus ꝙ si aliquis istorū motuū
nō esset:corrūperet esse rerū ⁊ ordo earū.Et ideo vide
mus lunā ⁊ stellas erraticas ꝙ qn̄ seruiūt soli ⁊ sequunt
ipsū.nā nos videmus semp eas pergere fm distantias
determinatas.s.in ꝓpinquitate ⁊ remotione ⁊ fȝ vias de-
terminatas.s.in velocitate ⁊ tarditate sicut declaratum
est in astronomia.Et hec actio nō ꝓuenit ab eis vel nō
inest eis accñtaliter cum sit ita i.ꝗ de necessitate ōriunt ⁊
ꝯsequunt vnū finē:⁊ qz eē eorū non est ꝓpter res īferio-
res.finis ergo ille in quo ꝯueniunt est cā in hoc ꝙ ꝯueni
unt ⁊ ꝯcurrūt ⁊ adiuuāt in ꝓductione cuiuslibȝ inferio-

ris. Nam res acta vel producta cū esse illius perficitur
p plus vno motore. Illud perficitur per se: qz ꝯueniunt
illi motores in vno fine: τ vniuersaliter mūdus est vnus
per vnū pncipiū. τ si non vnitas inuenitur in entibus
vel in mundo per accñs. vnde quasi manifestū est per se
ꝙ mundus cōstat ex causis τ causatis. Et per istas cau-
sas cognouerimꝰ pmā causā. Et qd verificat hoc totū
est: qz nos videmus ꝙ reliqua corpora celestia mouent
motu diurno: τ quasi omnia sequunt pmū motorē τ ser
uiūt ei. Declaratū est ergo p aggregata ex dictis Auer-
roys τ fundamētis eiꝰ hinc inde positis ꝙ pmus est cā
alioꝝ motoꝝ: sꝫ nulla est via fm quā est causa coꝝ: nisi
per illud qd intelligunt de ipso. ergo intelligunt pmū. nā
sicut dicit diuinus Auerroys in abbreuiatiōe metaphy
sice: cū posuerimus vnū coꝝ esse causa alteriꝰ de neces-
sitate causatū intelligit suā causā. Nā hec duo conuer
tunt in eis. s. ꝙ intelligit ex istis pncipijs aliud: illud ali-
ud est sibi causa: τ illud qd est causa illius causatū intelli
git illud: τ declarat etiā hec cōclusio per rōnem vltimā
ꝓbantē cōclusionē precedentē imediate. s. ꝙ pmus mo-
tor est causa alioꝝ. Et ideo dic Auerroys in sua abbre
uiatione. reliqui motores conueniunt cū hoc mobili. s.
pmo in motu eius: ergo in cognitione eiꝰ ꝯueniunt. Pro
batur pterea alia via. quilibꝫ eoꝝ intelligit suā subam:
sed non pōt intelligere suā subam nisi intelligendo illud
per qd sustentat vel cōplet sua eēntia: sed sua eēntia su-
stentat aut cōpletur vel existit in eū per pmū. ergo intel
ligit pmū qlibꝫ eoꝝ. ¶ D. apparet hoc. nā itellectꝰ fm
ꝙ intellectus versat circa ens nō circa puatū. volo dice
re ꝙ intellectus nō dicit esse intelligēs nō entia: sed non
est aliqd ens preter ista entia que intelligimus. ergo itel
lectꝰ illoꝝ cognoscūt hec entia vel versant circa hec. Et
cū declaratū est ꝙ cognoscunt hec entia aut cognoscūt
ipsa eo modo quo nos cognoscimus ipsa aut mō nobi-
liori: sꝫ falsuꝫ est ꝙ cognoscunt illa vel ꝯsistant in cogni-
tione eoꝝ eo modo quo noster intellectꝰ: qz sic minꝰ no
bili perficerent τ eēnt cāta ab istis entibꝰ sic deducit be
ne Cōmētator. i2. meta. τ in libro destructio destructio-
nū. ergo cognoscunt illa mō pfectiori τ fm esse nobilio
ri ꝙ esse circa qd vel fꝫ qd ꝯsistit intellis vel cognitio no
stra. Nā vera cognitio est illa que est ꝯformis rebꝰ. Et
idō si illa cognitio sit nobilior cognitione nr̄a cognitio ea
rū versat circa entia fm nobiliorē modū eēndi ꝙ mo-
dū fm quē versat nostra cognitio: etiā est esse nobile en
tis. s. esse itellectuale qd est cā: nobilius aūt esse entiū est
esse qd hꝫ in pma cā. Et iō deus est oia entia aliquo mō
τ cognoscit ipsa cognoscēdo suā subaꝫ. relique aūt itel-
ligentie intelligūt illa fm ꝙ intelligunt de ordine existe
in pmo. intelligūt ergo pmū. Nā relique intelligētie assi
milant pncipibꝰ pticularibus qui sunt sub pmo pncipe.
esse aūt istoꝝ pncipū inqtū sunt pncipes pticulares est
per illud qd habēt de ordine vniuersali quē habēt a pri
mo: τ qz entia istaꝝ intelligētiaꝝ est illud qd intelligunt
de ordine vniuersali existente in pmo: sequit ꝙ essentia
illoꝝ est illud qd intelligunt de pmo. Utrum aūt intelli
gunt pmū fm ꝙ sunt causate ab ipso. s. an intelligūt se
